

C 81

81  
I

**Septimius**

Episcopus  
Augustinus

et adruclit

Chazau

**Marcellus** Carthaginiensis

Episcopus

et adruclit

**Thalassius** Episcopus

Thicomectus

Episcopus

Lampertus

Januarii et Augustini

**Marcellus**

Episcopus

et adruclit

**xxxi** luna **xxxi**

Germani y uedasta

ayr

et maruani

ayari pp sargi y bachy ayr

Dymeoni q dnm in templo p'sentat

Dionisi e secus suis

Bereoni y socioy ed

scor confelloy .o. iiii. dcc. xl.

calixti pp y ayr purchari epi

scor mauroy .cc. xl.

**Noves** Galli abis.

scor martirum .cc. lxx

lvce

Januari y socioy

Sanctaru uiginti y mii xl miliu.

Generi

II

Fragment of a manuscript page with red ink markings and faint text.

lmen.

nu.

adesto

us aō

gn et

tdi *āō*

et for

coerdo

rs pi

rogo

curat

. aō.

preca

et om

oro

us un

bus

ribus

an

uisibili apparicione dicatur sepe adesse in afflicti  
 one positus da ut etiam nos ipsius sentiamus auxi  
 lum qui ueraciter eum tantam gratiam credim  
 esse consecutum. **D**it salt dū lesen inder sylen  
 all dū math. sente ofwald. ende ein almußer  
 geuen in sin ere. want he ein gut beredere is  
 les den selmen. **D**ne inuirtute inde sprech.

**B**eati ofwaldi regis et martiris tui nos que  
 sumus domine tuere presidis. ut eius  
 sacram commemoracione deuote recolim  
 et intercessione. ab omnibus aduersitatibus eru  
 ueso dne deus omnipotens suam. **S**am.

**D**atis tue clemenciam ut per merita sci  
 martiris tui ofwaldi inchoata in me  
 famulo tuo wilhelmo bona perficias. quicquid  
 inobis displicet repellas. cogitaciones locuciones  
 pariter et actus. in tua uoluntate dirigas. in  
 aduersa nos et prospera gradientes semper et  
 ubique cum totas a subitanea et impropria morte  
 clementer nos protegas. siue nostrum nobis notum  
 facias horam exitus nostri in beneplacito tuo



**D**ivulavit cor meum verbum  
bonum. Quia ego opera mea regi Lingua  
mea calamus scribe: velociter scribentis  
Speciosus forma pro filiis hominum  
diffusa est gratia in labijs tuis: prop-  
terea benedixit te deus in aeternum  
Accingere gladio tuo sup femur tuum  
potentissime. Specie tua & pulchre-  
tudine tua: intende prospere proce-  
de. & regna Propter veritatem & ma-  
nsuetudinem & iustitiam: & deducet  
te mirabiliter dextera tua Sagitta  
tua acuta: populi sub te cadent in  
corda inimicorum regis Sedes tua de-  
get in seculum seculi: virga directionis  
virga regni tui. Dilexisti iustitiam  
& odisti iniquitatem propterea unxit  
te deus deus tuus oleo leticiae pro  
confortibus tuis Myrrha et gutta  
& cassia a vestimentis tuis a  
domibus abirneis: ex quibus  
delectauerunt te filiae regum in  
honore tuo Astitit regina &

2  
dextris tuis in vestitu deaurato circu-  
ndata varietate Audi filia & vide &  
inclina aurem tuam. & obliuiscere po-  
pulum tuum. & domum matris tui  
Et concupiscet rex decorem tuum: quo-  
niam ipse est dominus deus tuus. &  
adorabunt eum Et filia tyri vultum  
tuum in muneribus deprecabuntur  
omnes diuites plebis Omnis gloria  
eius filia regis ab intus in fimbri-  
is aureis: circumamicta varietatibus  
Adducentur regi virgines post eam:  
proxime eius offerentur tibi. Offe-  
rentur in letitia & exultatione  
adducentur in

et cogitabat qualis esset ista salutatio. **E**t ait an-  
gelus ei. **N**e timeas maria enim gratiam apud dominum.  
**E**cce concipies et paries filium. et uocabis nomen eius  
ihum. **H**ic erit magnus et filius altissimi uocabi-  
tur. **E**t dabit illi dominus deus sedem dauid  
patris eius et regnabit in domo iacob in eternum  
et regni eius non finis. **D**ixit autem maria ad an-  
gelum. **Q**uomodo fiet istud quoniam uirum  
non cognosco. **E**t respondens angelus dixit  
ei. **S**piritus sanctus superueniet in te et uirtus  
altissimi obumbrabit tibi. **I**deoque quod nati-  
cetur ex te sanctum uocabitur filius dei. **E**t  
ecce elisabeth cognata tua ipsa concepit filium  
in senectute sua. **E**t hic mensis est sextis illi  
que uocatur sterilis. quia non erit impossibile  
apud deum omne uerbum. **D**ixit autem  
maria ad angelum. **E**cce ancilla domini  
fiat michi secundum uerbum tuum.  
**M**aria mater gratie mater misericordie tu  
nos ab hoste prolege in hora mortis nos  
suscipe. et ab omni malo nos defende. amen.

**R**

**Quatuordecima dies & vii ante ianuarium**  
**lati h' d' d' r' m' i' x' c' c' c'.**

iii a  
iiii b nu  
v c m  
vi d u  
viii e nonas  
viii f viii  
xvi g vii  
v h vi  
c iiii  
xiii d iii  
ii e ii  
xix f xv  
xviii g xvi  
xvii h xv  
xvi i xiiii  
xv ii  
xiiii a xiii  
xiii b xii  
xii c xi  
xi d x  
xviii e viii  
xvii f vii  
xvi g vi  
xv h v  
xiiii a iiii  
xiii b iii  
xii c ii

**Circumcisio dñi.**  
Octava sã Stephani.  
Oct sã Solimanis.  
Oct sãz innocentiã.  
**Nonas**  
**Epiphania dñi.**  
Eudon ep̄.  
Anuaris m̄.  
Fortunati m̄.  
pauli primi h̄em̄.  
Gregory ep̄.  
Juliani m̄.  
**Idus** Oct epiphaniæ dñi.  
**Xix** Feb̄. Felice & Iulian.  
Richardy abbatis.  
Marcella p̄ & m̄ris.  
Anthoni monachi.  
Nicolai m̄.  
Cecily & marthe m̄.  
Thome & thabitha m̄.  
**Agnetis virg & m̄ris.**  
Anthoni ducem & m̄.  
Demetriane virginis.  
Columbei ap̄.  
**Conversio sã pauli.**  
Petrus & marci ap̄.  
Iohis & stephi.  
**Caroli imperatoris.**  
Pape & marci m̄.  
Secundi virginis.  
Petrus & iohis ap̄.

*Handwritten notes in red ink, possibly indicating feast days or specific liturgical details.*

**K**

Alst februi. iiii. e pcedit in fine.  
februarii hē dies xxiiii. lxxxv.

	d		Brigide virg.
xi	e iiii	B	purificatio scē marie.
xiiii	f iii	B	Blasy epī & mris.
viii	g ii	B	Genini & magu mrim. <b>D</b>
		A	Donas Agathe virginis.
xvi	h viii		Vedasti & amandi epoz. Dorothee
v	i vii		auguly epī.
			pauli epī.
xiii	e v		Alexandri epī. Apollonie Cg
ii	f iiii		Scolastice virg. Jacincti. Soterii
			Desiderij epī
x	a ii		Cudalie virginis.
		B	Idus Stephani epī.
xviii	e xvi		Max. Salentini mris. vitalis
vii	d xv		Faustini mris.
			Juliane virginis.
xv	f xiiii		Polocronis epī.
iiii	g xiii		Martialis epī.
			Publy & martelli mrim.
xii	h i		Gay p.
i	i viii		hilary p.
			cathedra scī petri.
xiiii	e vii		Policarpi epī. <b>ber</b>
			vigilia. <b>ber</b>
xvi	f vi		mathe apli.
v	g v		Walburgis virg.
			Fortunati epī. <b>D</b>
xiii	a iiii		leandri epī.
ii	b iii		leandri epī.
x	c ii		Romani abbatis.

max xiiii dicit

**K**

Martys p̄ma nectat e' sub ep̄ide. iiii. e.  
auri h̄c dies xxxi. l. xxx.

iii	d	Suoberti ep̄i.	
	e vi	Simplicii p̄.	
xi	f v	Floriani martiris.	
	g iiii	Adriani m̄ris.	
xviii	a iiii	Scoz. d. cc. m̄m.	
viii	g ii	Victorini m̄ris.	
	e	Donas perpetuus felicitatis uirginū	
xvi	d viii	Guilli. ep̄i. Wyleia confessoris	
v	e vii	Gregory ep̄i.	
	f vi	Candidi & valeriani m̄m.	
xiii	g v	Valerij m̄ris.	
ii	a iiii	Gregory p̄. Sol m̄ris.	
	b iii	Dacedony p̄bi.	
x	e ii	Leonis p̄.	
	d	Idus longini militis.	
xviii	e xvii	Ap̄l. herberti ep̄i.	
vii	f xvi	Gertrudis virḡ.	
	g xv	Theodory ep̄i.	
xv	a xiiii	Joseph spouli marie.	
iiii	d xiii	Guilberti ep̄i.	
	e xii	Benedicti ab̄bis.	
xii	d xi	pauli ep̄i.	
i	e x	Theodory ep̄i.	
	f viii	Armi m̄.	
viii	d viii	Annuntiatio s̄e marie.	
	a vii	Aluicari ep̄i.	
xvi	d vi	Resurrectio x̄ni.	
v	e v	Eugilli ep̄i.	
	d iiii	Amiri m̄ris.	
xiii	g iiii	Gustafy ab̄bis.	
ii	f ii	Salbine uirginis.	

*Monachum s̄c̄i sic nona h̄c  
Ep̄i q̄ fuit h̄c p̄p̄ia p̄p̄a  
p̄p̄a*

*Ep̄i q̄ fuit h̄c p̄p̄a p̄p̄a*

*Ep̄i q̄ fuit h̄c p̄p̄a p̄p̄a*

**K**

apl. x. i. iudena. a fine minar.  
apl. he dies. xxx. lxxii.

theodore virg.

x	A	iiii	S	theca epi.
	B	iiii	S	benigni mris.
ix	C	ii	S	ambrosii epi.
viii	D	nonas		septem mris.
vii	E	viii		florentii mris.
vi	F	vii		gulelii pbr.
	G	vi		celestini pp.
v	A	v		marie egyptiace.
iiii	B	iiii		eretheii pbr. <b>B</b>
	C	iiii		leonis pp.
iii	D	iii		constantini epi.
ii	E	idus		eufemie virginis.
	F	xxv		rom. vrburtii & valeriani. <b>S</b>
ix	G	xvi		olimpiadis mris.
	A	xv		luciani mris.
viii	B	xv		petri diaconi.
vii	C	xiiii		apollonii mris.
vi	D	xiii		adriani mris.
	E	xii		victoris epi.
iiii	F	xi		symeonis epi.
	G	x		gari pape.
viii	A	viii		georgii & adalberti.
	B	viii		meliti epi & mris.
vii	C	vii		marci ewangliste.
vi	D	vi		elei pp. marcellini pp. <b>B</b>
	E	v		anastasi pp.
iiii	F	iiii		italis mris.
iii	G	iii		trancl. sa. annonis epi.
	A	ii		quirini mris. <b>Vigilia</b>

Confessio qd qd sic annu  
 deo inuenit qd qd i. col. hinc  
 qd qd qd qd qd qd qd qd qd  
 qd qd qd qd qd qd qd qd qd  
 qd qd qd qd qd qd qd qd qd  
 in p. qd qd qd qd qd qd qd qd qd

max. x. d. 8. 20

**K**

Tercia imatio lun' 7 7 vii' augus.  
om' h'c dies. xxi. lxx.

xi	o		philippi 7 iacobi ap'oz.
	c vi	o	transl' s'c'i callii fl. o'ult' m'rm.
xiiii	d v	o	inuentio s'c'e crucis. <b>D</b>
vii	e iiii	o	iuuenalis ep'i.
	f iii	o	Ascensio d'ni.
xvi	g ii	o	Johannis ante portā latinā.
v	a nonas		Domiciani ep'i.
	d viii		Victoris m'ris.
xiii	e vii		transl' s'c'i nicholai ep'i.
ii	d vi		Sordani 7 epimachi m'rm.
	e v		Mamerti ep'i.
x	f iiii		Sarci achillei 7 panctii m'rm.
	g iii		Servatii ep'i. Sol 7 pennis
xviii	a ii		Victoris 7 corone.
vii	o idus		Sidonii ep'i.
	c xvi		Iung'e eugenie v'ginis.
xv	d xv		Brandani ab'bis.
iiii	e xiv		Marci p'.
	f xiii		potenciane v'ginis.
xii	g xii		Basilii ep'i.
i	a xi		Valentis m'ris.
	b x		Helene regine.
viii	c ix		Desiderii ep'i.
	d viii		Edede p'ri.
xvi	e vii		urbani m'ris. <b>D</b>
v	f vi		Augustini ang'oz ep'i.
	g v		Julii ep'i.
xiiii	a v		Germani ep'i.
iii	b iiii		Maximini ep'i.
	c iii		Felici p' 7 m'ris.
xi	d ii		Betronille v'ginis.

Sancti fagat. Sebastiani. p'ri. p'ri. p'ri.

nona lun' 22th 23th

**K** Junii m̄. ē. quidem a fine salutac.  
 Junii h̄c dies. xxx. l. xxv.

	e	Sicomedis mris.
xviii	f iiii	Marcellini & petri mris.
viii	g iii	Helasmi mris.
xvi	a ii	Rustici mris.
v	b	Donas Bonifacii epi & mris.
	c viii	Philippi diaconi.
iiii	d vii	Pauli epi.
ii	e vi	Medardi. epi.
	f v	Primi & feliciani. mris.
x	g iiii	Maurini. abbas. <b>B</b>
	a iii	Barnabe. apli.
xviii	b ii	Basilidis. cirini. laboris & n.
vii	c	Idv S Felicie virginis.
	d xviii	Julij. Rufini & ul. mris. <b>C</b>
xv	e xvi	Viti. modesti. crescentis. mris.
iiii	f xv	Justine virginis. <b>B</b>
	g xiv	Ciriaci & luluce matris eius.
xii	a xiii	Marci & marcelliani. mris.
i	b xii	Genasii & prothasii. mris.
	c xi	Demetrie virginis.
xviii	d x	Albani. mris.
	e	Albani mris. & dec. milii mris.
xvii	f viii	Eulderudis virginis. vigilia.
vi	g vii	Bartholomei s̄c̄i ioh̄is bap̄te.
	a vi	Callixti mris.
xiiii	b v	Ioh̄is & pauli mris.
iii	c	Septem dormientium.
	d iiii	Leonis pp. vigilia.
xi	e iii	Petri & pauli ap̄toꝝ.
	f ii	Commemoratio s̄c̄i pauli.

**K** **R** **T**redecim' iulij decimum' trinit' an' r'c.  
 Iuli h'c dies r'c. Lxxx.

xviii	o	oct' s'c' iohis bapt.
viii	a vi	processi & marciam m'ra.
	b v	transl' s'c' thome apli.
xvii	c iiii	S'c' adriaci epi.
v	d iii	Zoe uxoris nicostriani.
	e ii	Oct' ap'loz. Gornis of.
xvi	f	Honas Willibaldi. epi.
ii	g viii	Kylani & scarioz ei'.
	a vii	abulophi epi & m'ris.
x	b vi	Septem filioz. & felicitatis.
	c v	transl' s'c' benedicti abbis.
xviii	d iiii	felix & nabozis m'ra.
vii	e iii	Margarete virg. <b>D</b>
	f ii	Foca epi.
xv	g	Idus S'c' Genuisio ap'loz. Sol in leae
iiii	a xvi	augundolphi & monolphi. eper.
	b xv	Dedicatio aqs grani.
xiii	c xiv	Septem Germanoz.
i	d xiii	ariens' abbis.
	e xii	luciani ofellaris.
xviii	f xi	praxedis virg.
vii	g x	Maxie magdalene. <b>D</b>
	a ix	apollinaz m'ris.
xvi	b viii	Evine virg. vigilia.
v	c vii	Iacobi apli.
xviii	d vi	harmiani & amachi m'ra. Anac' d'ca
iiii	e v	Karoli ofessoris.
	f iv	pantaleonis m'ris.
xii	g iii	felix pp. & m'ris. S'c' phian' f'us. Althe' h'c' h'c' p'p'.
i	a ii	Adonis & fernuz m'ra.
xviii	b	Germani epi.

**R**

Augusti nepa. i. fugat de fine scdm.  
Aug. bē dies. xxxi. l. cxxix.

vii	c		ad vincula scī petri. <b>D</b>
xvi	d iiii	z	Stephani p̄ & mris.
v	e iii	z	Inuencio scī Stephani.
	f ii	z	Iustini p̄bri.
xiii	g s onas		Oswaldi regis & mris.
ii	a iiii		Syra p̄ & mris. felix & agap̄.
	b vii		Donati mris. Afre mris.
x	c vi		Ciraci mris.
	d v		Romani mris. <b>vigilia.</b>
xviii	e iiii		Laurentii mris.
vii	f iii		Tiburtii mris.
	g ii		Cypri draconi & mris.
xv	a s ovs	S	ypoliti & socioz ei.
iiii	b xviii		Sept <b>vigilia.</b>
	c xvii		assumptio scē marie.
xii	d xvi		Armidphi ep̄i.
i	e xv		Oct scī laurentii.
	f xiiii		Agapiti mris. helene v̄ḡie
xviii	g xiii		magi mris. Bernardi. abbis.
	a xii		porphiri mris.
xvi	b xi		primitia ep̄i & mris.
v	c x		Oct s marie. tymothei & siph. <b>vigilia.</b>
	d ix		Eufrosine mris.
xiiii	e viii		Bartholomei apli.
iii	f vii		Genetii mris.
	g vi		Abundii & hyreneri mris.
xii	a v		Austi mris.
	b iiii		Augustini ep̄i hermetis mris.
xviii	c iii		decollatio scī iohis bap̄te.
vii	d ii		Felici & audacti mris. <b>D</b>
	e i		Paulini ep̄i & mris.



Terti' sept' nupti' fecit a pede denā.  
Sept' hie dies xxx. l. xxx.

iiii	f		Agdy ofessoris.
v	g iii	§	Lupi ofes. Multi ofell'
	A iii	§	Zenachi mansueti mrm.
iiii	g ii	§	Oct' s' augustini.
ii	e		Honas Maurini mris.
	g viii		Magni ofessoris.
A	e vii		Quozey epi. Regine. v.
	f vi		Hauitas scē orazie.
iiii	e v		Gorgony mris
vii	A iiii		Theodardi epi s' mris.
	g iii		proci s' iacobi. mrm.
vi	e ii		Sym ofessoris.
iiii	d		Idus philippi epi s' mris. materm epi
	e xiiii		Octob. corneli s' apam. Eralt scē eius.
vii	f xiii		Oct' s' orazie. sicomedis mris.
i	g xii		Eufemie virginis. lucy & lothar
	A xi		Lamberti epi.
viii	d x		ferreoli mris.
	e xiiii		January mris.
iiii	d ix		vigilia.
vi	e viii		mathei apli s' ewagliste. §
	f vii		amurey s' socioz et.
iiii	g vi		Terle virg.
ii	A v		Concepns s' ioh' bap' octa s' iacob
	g iiii		francm mris.
A	e iii		luthie virginis.
iiii	d ii		colnye s' damiani mrm.
	e i		idus s' ioh' bap'.
viii	f		Michaelis archanglis.
	g		

Episcopus de Capua

Manuscript

**K****P**

Terti' octob'is gladi' & i' ordine neche.  
Octob'is dies lxxi. l' xviii.

xvi	a		Bemigi' Germani vedast.
v	d vi	z	Leodegari' epi' & mris.
	c v	z	Quorum ewalooz mrim.
xiii	d iiii	z	Marta & mariani mrim.
ii	e iii	z	Apollinari' mris.
x	f ii	z	Adis virginis & mris.
	g		Honas Marti pp. marceti' & apaul.
xviii	a viii		Amoris ofessoris.
vii	b vii		Dionisi' & iustiti' sel.
	c vi		Gereonis & socioz ei'.
xv	d v		Franci' & augustini epi'.
iiii	e iiii		Quatuor milia. cccc. lxx. mrim.
	f ii		Theophili epi'
xii	g ii		Kalixti pp' & mris.
i	a idus		scor' matoroz. cc. vi. mrim.
	b xvii		Houeb' Galli of.
xviii	c xvi		Florenti' epi' & mris.
	d xv		Luce ewangliste.
xvi	e xiiii		Pelagie virginis.
v	f xiii		Immag' & socioz ei'.
	g xii		scoru' uirginu'. xi. milia.
xiiii	a xi		Seueri epi'. <span style="float:right">D</span>
iii	b x		Seuerini epi'.
	c viii		Augusti epi'.
xii	d viii		Prisilli & aspianu' mrim.
x	e vii		Amandi epi'.
	f vi		vigilia.
xviii	g v		Simonis & iude aploz.
vii	a iiii		Prisilli. epi'.
	b iii		Felicis mris.
xvi	c ii		Reueri mris. <span style="float:right">vigilia.</span>
v	d		

**K**  
**P**

Quinti nouēbris ac' nix in mansuetudina.  
Hōnēb hē dies xxx. l. xxx.

	d	festiuitas annuū legū.	
xiii	e iiii	Y Eustachij & sociorū ei.	Y
ii	f iii	Y Lupercū epī.	
	g ii	Y Felici pbrī.	
	a	Y Honas leonardi ofessoris.	Y
	b viii	Y Willibrodi epī.	
xiiii	c vii	Y Amantū epī.	
vii	d vi	Y Quatuor coronatorū.	
	e v	Y theodori mris.	
xv	f iiii	Y Martini epī & mris.	
iiii	g iii	Y Martini epī. Menne mris.	
	a ii	Y Kuniberti epī.	
xvi	b	Y Ido S brictij epī. Sal m signata	
i	c	Y detebri.	
	d xvi	Y Eugeni mris.	
viii	e xv	Y Schmani abis.	
	f xiiii	Y Floren ofessoris. Hugonis epī	
xvii	g xiiii	Y oct S Martini epī.	
vi	a xiii	Y Gelasij p.	
	b xii	Y potentiani p & mris.	
xviii	c xi	Y Columbanū. abis.	
iiii	d x	Y realie virginis.	
	e viii	Y Clementis p & mris.	ffm denudat cap <sup>o</sup>
	f vii	Y Eusebii mris.	
xix	g vi	Y Katerine virginis.	
v	a v	Y Iui p & mris.	
	b iiii	Y Agnole virginis.	
	c iii	Y sancti mris.	Y
xx	d	Y Samuēli mris. vigilia	
iiii	e	Y Andree. apli.	

1120. 26. 27. 28. 29.



Dat duodena cohors vii inde .xx. diebus  
December hē dies .xxi. lxxix.

xiii	f	Calanti & dante virg.
ii	iiii	Fausti mris.
	v	Lassiani mris.
x	vi	Barbare uirginis. Annonis epi.
	vii	Donas Salmaey mris.
xviii	viii	Nicholai epi.
vii	ix	petri & andree. apli.
	x	conceptio see marie
xv	xi	petri & lucie uirgin.
iiii	xii	Edelis virg.
	xiii	Amali p.
xii	xiiii	Thomoguis mris.
i	xv	Lucie uirginis & mris.
	xvi	Jas. Nicholai epi.
xviii	xvii	Maximi ofesscis
	xviii	Dumbaldi. epi.
xv	xix	Ignacy mris.
iiii	xx	Zusi mris.
	xxi	Gregori epi & mris.
xiii	xxii	Angeli.
ii	xxiii	Thome apli.
	xxiiii	Innocenti epi.
x	xxv	Victorie virg.
	xxvi	Maturnas dni nri ihu xpi.
xviii	xxvii	Stephani pthomris.
vii	xxviii	Johis apli & ewagliste.
	xxix	Scōz in uocentium.
xv	xxx	Thome epi & mris.
iiii	xxxi	Sabini epi.
xiii	xxxii	Agustini p. daniel virg.

Solomon

nov. du.



Assist nobis qd dno. Intra ppe st q r corda nra dnm  
expungz r ab omnibz tucar aduersz p xpm dnm  
Preciosa in q pon dnm (mors stors ems  
Exultabunt in m gla (letabunt in cubilibz suis  
Sta mada m dnm m istu xpi pia r ppetua Ingo  
am oibz stis r electz dei m dnm dignare p nobis  
miseris peccatoribz ad dnm dnm m m (et m dnm ab eo  
deum nra saluar pugi ac d fudi dnm m emta p r  
Deus m admto meu m d dnm ad admuad me  
De m admto meu m d dnm ad admuad me p r  
Dns pie clemet r fort m admto meu d d dnm ad  
gla p r filio (sicut eat) Ingo p p r m d r ne  
Dns respice m suos tuos r i opa dige filios coram  
Et sic splendor dmi dei m d sup nos (Et opa manuu  
m d  
Dige r sufficac dignac dnm d d d d d d d d d d d  
r  
f r m o b / r o m b a c t s m o b m b i a r m l i g e t u a p a r  
m o i b z o p i b z m a n d a t o r p r i n o r / D n s n o b q s d n s d o m s  
t u e l a t i m i t a t e t u a / E t m a g t u a i n u e n t m e a n n u  
c o s t i m s p l a c m a p p e d t u o a n g e l s t u i s b o n s  
i n s t u a d d i g e n d o s p e d e s m o s m b i a  
f i c z m e t u d p r e z m r s i m p e  
u e a m s a l u a t o r m u n d i R e x g l i a  
s p u t u o / I n d i c a s d n s . d .

10  
qui non habyt in consilio impiorū  
et in uia peccatorum non stetit. et in  
cathedra pestilentie non sedit. **S**ed in  
lege domini uoluntas eius. et in le  
ge eius meditabitur die ac nocte. **E**t  
erit tamquam lignum quod planta  
tum est secus decursus aquarum.  
quod fructum suum dabit in tempo  
re suo. **E**t folium eius non defluet.  
et omnia quecumq; faciet prospera  
buntur. **N**on sic impij non sic. sed tam  
quam puluis quem proicit uentus  
a facie terre. **I**n deo non resurgunt im  
pij in iudicio. neq; peccatores in consi  
lio iustorum. **Q**uoniam nouit dominus  
uiam iustorum. et iter impiorū peribit.

**Q**uare fremuerunt gentes. **ps.**  
et populi meditati sunt inania.  
**A**strerunt reges terre et prin  
cipes conuenerunt in unum aduer  
sus dominum et aduersus xpm eius.



**D**isrumpamus uincula eorum. et  
proiciamus a nobis iugum ipsorum.  
**Q**ui habitat in celis iridebit eos. et  
dominus subsannabit eos. **T**unc loque-  
tur ad eos in ira sua. et in furore suo  
conturbabit eos. **E**go autem constitutus  
sum rex ab eo super syon montem sanctum  
eius. predicans preceptum eius. **D**omi-  
nus dixit ad me filius meus es tu. ego  
hodie genui te. **P**ostula a me et dabo tibi  
gentes hereditatem tuam. et possessionem  
tuam terminos terre. **R**eges eos inuir-  
ga ferrea. tamquam uas figuli confrin-  
ges eos. **E**t nunc reges intelligite. eru-  
dimini qui iudicatis terram. **S**eruite  
domino in timore. et exultate ei cum  
tremore. **A**pprehendite disciplinam ne  
quando irascatur dominus. et pereatis de  
uia iusta. **C**um exarsente in breui ira  
eius. beati omnes qui confidunt  
in eo. **G**loria patri. **psalmus dauid.**

111  
**D**omine qui multiplicati sunt qui  
tribulant me. multi insurgunt  
aduersum me. **M**ulti dicunt ani  
me mee. non est salus ipsi in deo eius.  
**T**u autē domine susceptor meus es. et  
gloria mea et exaltans caput meum.  
**V**oce mea ad dominum clamaui. et exau  
diuit me de monte sancto suo. **E**go dor  
mivi et soporatus sum. quia dominus et exsurrexi.  
suscepit me. **N**on timebo milia populi  
circundantis me. exurge domine saluum  
me fac deus meus. **Q**uoniam tu percus  
sisti omnes aduersantes michi sine cau  
sa. dentes peccatorum contriuisisti. **D**omi  
ni est salus. et super populum tuum be  
nedictio tua. **psalmus dauid.**

**C**um inuocarem exaudiuit mi  
us iusticie mee. in tribulatione  
dilatasti michi. **M**iserere mei. et  
exaudi orationem meam. **F**ilij hominū  
usquequo graui corde. ut quid diligas

uanitatem et queritis mendacium. Et  
scitote quoniam mirificauit dominus  
sanctum suum. dñs exaudiet me cum  
clamauero ad eum. **T**raſcimini et nolite  
peccare. que dicitis in cordibus ueſtris.  
et in cubilibz ueſtris conpungimini. **S**a  
crificate ſacrificium iuſticie et ſperate in  
domino. multi dicunt quis oſtendit  
nobis bona. **S**ignatum eſt ſup nos lu  
men uultus tui dñe. dediſti leticiam  
in corde meo. **F**ructu frumenti uini et  
olei ſui multiplicati ſunt. **I**n pace iud  
ipſum. dormiam et requeſcam. **Q**uoni  
am tu dñe ſingulariter. in ſpe conſtitu  
erba mea auribus **ps** Fiſti me.  
percipe dñe. intellige clamore  
meum. **I**ntende uoci orationis  
mee. rex meus et deus meus. **Q**uonia  
ad te orabo dñe. mane exaudies uocem  
meam. **M**ane aſtabo tibi et uidebo. qm̄  
non deus uolens iniquitatem tu es.

12  
**N**ecq̄ habitabit iuxta te malignus. necq̄  
permanebunt iniusti ante oculos tuos.

**O**disti omnes qui operantur iniquitate.  
perdes omnes qui loquuntur mendaciū.

**V**irum sanguinum et dolosum abhomi  
nabitur dominus. ego autem in multi  
tudine misericordie tue. **I**ntrabo in do  
mum tuam. adorabo ad templum sanc  
tum tuum iuuiore tuo. **D**omine de  
duc me in iusticia tua propter inimicos  
meos. dirige in conspectu tuo viam meā.

**Q**uoniam non est in ore eorū ueritas.

**I**tor eorū uanum est. **S**epulchrum patēs  
est guttur eorū. linguis suis dolose age  
bant. iudica illos deus. **D**ecidant a cogi  
tationibus suis secundum multitudinē  
impietatum eorū. expelle eos: quoniam  
irritauerunt te dñe. **E**t letentur  
omnes qui sperant in te in eternum  
exultabunt et habitabis in eis. **E**t glo  
riabuntur in te omnes qui diligunt

nomen tuum. quoniam tu benedices  
iusto. **D**omine ut scito bone uolun-  
tatis tue coronasti nos. **psalmus. 88.**

**D**omine ne in furore tuo arguas  
me. neque in ira tua corripas  
me. **M**iserere mei domine quoniam  
infirmus sum sana me domine quoniam  
animus conturbatus sunt ossa mea. **E**t  
anima mea turbata est ualde. et  
tu domine usquequo. **C**onuertere domine  
et eripe animam meam. saluum me fac  
propter misericordiam tuam. **Q**uoniam  
non est in morte qui memor sit tui. in  
ferno autem quis confitebitur tibi. **L**abo-  
raui in gemitu meo lauabo per singulas  
noctes lectum meum. lacrimis meis stratum  
meum rigabo. **T**urbatus est a furo-  
re oculus meus. inueteraui inter omnes  
inimicos meos. **D**iscedite a me omnes qui  
operamini iniquitatem. quoniam exaudi-  
uit dominus uocem fletus mei. **E**xau-

diuit dñs deprecationem meam. dñs ora  
tionem meam suscepit. **E**rubescant et con  
turbentur uehementer omnes inimici  
mei. conuertantur et erubescant ualde

*... de qui in lege tua migrasti  
... dñs dicitur dñs qui in  
... fiducia et firmis in  
... de modo. pro moros et  
... vaudi ne uel arguas m  
... fugit tu*

**D**omine deus meus **ps.** **S**uolociter  
ante speraui. saluum me fac ex om  
nibus psequentijs me et libera me.

**R**equando rapiat ut leo animam meam.  
dum non est qui redimat neqz qui sal  
uum faciat. **D**omine deus meus si feci  
istud. si est iniquitas in manibus meis.

**S**i reddidi retribuētibus michi mala.  
decidam merito ab inimicis meis inanis.

**P**ersequatur inimicus animam meam et  
comprehendat et conculet in terra uitā  
meam. et gloriam meam in puluerem de  
ducat. **E**xurge dñe in ira tua. et exalta  
re in finibus inimicorum meor. **E**t ex  
urge dñe deus meus in precepto quod  
mandasti. et synagoga populorum cir  
cundabit te **E**t propter hanc in altū

regredere. Dominus iudicat populos.  
**I**udica me dñe secundum iusticiam  
meam. et secundum innocenciam me  
am super me. **C**onsumetur nequitia  
peccatorum. et diriges iustum. scrutas  
corda et renes deus. **I**ustum adiutorium  
meum a domino. qui saluos facit ius  
tos corde. **D**eus iudex iustus fortis et  
paciens. numquid irascetur per singulos  
dies. **N**isi conuersi fueritis gladium  
suum iubarit. arcum suum tetendit  
et parauit illum. **E**t in eo parauit ua  
sa mortis. sagittas suas ardentibus effe  
cit. **E**cce parturit iniusticiam et conce  
pit dolorem. et peperit iniquitatem. **L**a  
cum aperuit et effodit eum. et incidit  
in foueam quam fecit. **C**onuertetur do  
lor eius in caput eius. et inuerticem  
ipsius iniquitas eius descendet. **C**onfi  
tebor dño scdm iusticiam eius. et psal  
lam nomini dñi altissimi. **psalmus.**

**D**omine dominus noster. quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Quoniam eleuata est magnificentia tua super celos.

**E**xore infancium et lactencium perfecisti laudem propter inimicos tuos. ut destruas inimicum et ultorem. Qm̄ ui

debo celos tuos opera digitorum tuorum. lunam et stellas que tu fundasti. Quid est homo quod memor es eius. aut fili

us hominis qm̄ uisitas eum. **O**mnisti eum paulominus ab angelis gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum.

**O**mnia subiecisti sub pedibus eius oues et boues uniuersas insuper et pectora campi. **V**olucres celi et pisces maris.

qui perambulant semitas maris. **D**ne dñs nr̄. quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. **psalm.**

**C**onfitebor tibi dnē in toto corde

meo. narrabo omnia mirabilia tua.  
**L**etabor et exultabo uite. psallam no  
mini **domini** altissime. **I**n conuertendo  
inimicum meum retrosum. infir  
mabuntur et peribunt a facie tua.  
**Q**uoniam fecisti iudicium meum et causam me  
am. sedisti super thronum qui iudicas  
iusticiam. **I**ncrepasti gentes et perijt  
impius. nomen eorum delesti in eter  
num et in scilicet scilicet. **I**nimici defecerunt  
framea in finem. et ciuitates eorum  
destruxisti. **P**erijt memoria eorum cu  
sonitu. et dominus in eternum permanet.  
**P**arauit in iudicio thronum suum  
et ipse iudicabit orbem terre in equi  
tate. iudicabit populos iniusticia. **E**t  
factus est dominus refugium pauperi. ad  
iutor in oportunitatibus in tribulatio  
ne. **E**t sperent in te qui nouerunt  
nomen tuum. quoniam non dereli  
quisti querentes te domine. **P**sallite do

15

mino qui habitat in syon. annun-  
ciate inter gentes studia eius. **Q**uoniam re-  
quirens sanguinem eorum recordatus  
est. non est oblitus clamorem paupe-  
rum. **M**iserere mei domine. uide humili-  
tatem meam de inimicis meis. **Q**ui  
exaltas me de portis mortis. ut annun-  
tiam omnes laudationes tuas. in por-  
tis filie syon. **E**xultabo in salutari  
tuo. infixe sunt gentes in interitu  
quem fecerunt. **I**n laqueo isto quem  
abscorderunt. comprehensus est pec-  
corum. **C**onuertantur peccatores in in-  
fernium. omnes gentes que obliuiscuntur  
deum. **Q**uoniam non in finem obli-  
uio erit pauperis. patientia pauperum  
non peribit in finem. **E**xurge domine non  
confortetur homo. iudicentur gentes  
in conspectu tuo. **C**onstitue domine legis-  
latorem super eos. sciant gentes quoniam  
homines sunt. **U**t quid domine recessisti  
+ cognosceatur dominus iudicia faciens in  
operibus manuum suarum comprehensus est peccator

longe. despicias inopertunitatibus  
in tribulatione. **Q**um superbit impi  
us incenditur pauper. comprehendu  
tur in consilijs quibus cogitavit. **Q**m  
laudatur peccator in desiderijs anime  
sue. et iniquus benedicatur. **E**xaterba  
uit dnm peccator. secundum multi  
tudinem ire sue non queret. **N**on est  
deus in conspectu eius. inquinatae sunt  
vie illius in omni tempore. **A**uferun  
tur iudicia tua a facie eius. omnium  
inimicorum suorum dominabitur.  
**D**ixit enim in corde suo non movebor  
a generatione in generationem sine ma  
lo. **Q**uius maledictione os plenum e  
et amaritudine et dolo. sub lingua ei  
labor et dolor. **S**edet in insidijs cum  
diuitibus in occultis. ut interficiat in  
nocentem. **O**culi eius in pauperem re  
spiciunt. insidiatur in abscondito qua  
si leo in spelunca sua. **I**nsidiatur ut

16  
rapiat pauperem. rapere pauperem  
dum adtrahit eum. In laqueos suo hu  
miliauit eum. inclinabit se et cadet  
cum dominatus fuerit pauperum.

**D**ixit enim in corde suo oblitus est d's.  
auertit faciem suam ne uideat in  
finem. **A**rurge domine deus et exal  
tetur manus tua. ne obliuiscaris pau  
perum. **P**ropter quid irritauit impi  
us deum. dixit enim in corde suo  
non requiret. **V**ides qm tu laborem  
et dolorem consideras. ut tradas eos  
in manus tuas. **T**ibi derelictus est  
pauper. orphano tu eris adiutor.

**C**ontere brachium peccatoris et ma  
ligni. queretur peccatum illius et  
non inuenietur. **D**ns regnabit in  
eternum et in seculum seculi. peribi  
tis gentes de terra illius. **D**esideriu  
pauperum exaudiuit dominus. pre  
parationem cordis eorum audiuit

auris tua. **I**udicare pupillo et hu-  
mili. ut non apponat ultra magni-  
ficare se homo super terram. **psalmi.**  
**E**t domino confido quomodo dicitis  
anime mee transiugia in montem  
sicut passer. **Q**uoniam ecce peccatores inten-  
derunt arcum parauerunt sagittas  
suas in pharetra. ut sagittent in ob-  
scuro rectos corde. **Q**uoniam que perfecisti  
destruxerunt. iustus autem quid fe-  
cit. **D**ominus in templo sancto suo.  
dominus in celo sedes eius. **O**culi ei  
in pauperem respiciunt. palpebre ei  
interrogant filios hominum. **D**omi-  
nus interrogat iustum et impium.  
qui autem diligit iniquitatem odit  
animam suam. **P**luit super peccatores  
laqueos. ignis sulphur et spiritus pro-  
cellarum pars calicis eorum. **Q**uoniam  
iustus dominus et iusticias dilexit. equita-  
tem uidit uultus eius. **psalmi** **dd.**

109

**S**aluum me fac dñe quoniam de  
 fecti s̄. qm̄ diminute sūt  
 ueritates a filiis hominū. **V**ana  
 locuti sunt unusquisq; ad proximum  
 suum. labia dolosa in corde et corde lo  
 cuti sunt. **D**isperdat dñs uniuersa la  
 bia dolosa. linguam magniloquam.

**Q**ui dixerunt linguam nostram mag  
 nificabimus labia nr̄a a nobis sunt.  
 quis noster dñs est. **P**ropter miseriam  
 inopum et gemitum pauperum. nūc  
 exurgam dicit dñs. **P**onam in saluta  
 ri. fiducialiter agam in eo. **E**loquia  
 dñi eloquia casta. argentum igne exa  
 minatum probatum terre purgatum  
 septuplum. **T**u dñe seruabis nos. et  
 custodies nos. a generatione hac in eter  
 num. **I**ncircuitu impij ambulat.  
 scdm̄ altitudinē tuam multiplicasti

**F**ilios hominum. **psalm' dauid.**  
**S**ed quo domine obliuisceris me

in finem: usquequo auertis faciem tuam  
a me. **Q**uam diu ponam consilia in ani-  
ma mea: dolorem in corde meo per diem.

dn̄c

**U**squequo exaltabitur inimicus meus super  
me: respice et exaudi me deus meus. **I**

lumina oculos meos ne unquam obdor-  
miam in morte: nequando dicat inimicus  
meus preualui aduersus eum. **Q**ui tri-

bulant me exultabunt si motus fuero:  
ego autem in misericordia tua speraui. **E**x-

ultabit cor meum in salutari tuo: canta-  
bo dño qui bona tribuit michi et psal-  
lam nomini domini altissimi. **psalmi**

**D**ixit insipiens: in corde suo non  
est deus. **C**orrupti sunt et abho-  
minabiles facti sunt in studiis  
suis: non est qui faciat bonum. **D**ñs de  
celo prospexit super filios hominũ: ut  
videat si est intelligens aut requirens  
deum. **O**mnes declinauerunt simul in  
utiles facti sunt: non est qui faciat bo-

18  
num non est usq; ad unum. **S**epul  
thrum patens est guttur eorum lin  
guis suis dolose agebant. uenenum as  
pidum sub labijs eorum. **Q**uorum os  
maledictione et amaritudine plenum  
est. ueloces pedes eorum ad effundendum  
sanguinem. **C**ontricio et infelicitas in  
uijs eorum et uiam pacis non cognoue  
runt. non est timor dei ante oculos eo  
rum. **N**onne cognoscent omnes qui ope  
rantur iniquitatem. qui deuorant ple  
bem meam. **E**scam panis. **D**ñm nō  
inuocauerunt. illic trepidauerunt timo  
re. ubi non erat timor. **Q**m dñs in gene  
ratione iusta est. consilium inopis con  
fudisti qm dñs spes eius est. **Q**uis da  
bit ex syon salutare isrl. cum auerterit  
dñs captiuitatem plebis sue exultabit ia  
cob et letabitur israhel. **psalm' 88.**  
**S**e quis habitabit in tabernaculo  
tuo. aut quis requiescet in monte

sancto tuo **Q**ui ingreditur sine macu-  
la. et operatur iusticiam. **Q**ui loquitur  
ueritatem in corde suo. qui non egit do-  
lum in lingua sua. **N**ec fecit proximo  
suo malum. et obprobrium non accepit  
aduersus proximos suos. **N**on nichilum  
deductus est in conspectu eius malignus.  
timentes autem dominum glorificat. **Q**ui  
uiuat proximo suo et non decipit qui  
pecuniam suam non dedit ad usuram.  
et munera super innocente non accepit.

**Q**ui facit hec. non commouebitur teterum.

**C**onserua me dñe qm speraui ps.  
inte. dixi dño deus meus estu  
qm bonorum meorum non eges. **S**anc-  
tis qui sunt in terra eius. mirificauit  
omnes uoluntates meas in eis. **M**ulti-  
plicate sunt infirmitates eorum. post  
ea accelerauerunt. **N**on congregabo con-  
uentacula eorum de sanguinibus. nec me-  
mor ero nominum eorum per labia.

mea **D**ominus pars hereditatis mee  
 et calicis mei. tu es qui restitues here  
 ditatem meam michi. **F**unes ceciderunt  
 michi in preclaris. et enim hereditas mea  
 preclara est michi. **B**enedicam domi  
 num qui tribuit michi intellectum.  
 insup et usq ad noctem increpuerunt  
 me renes mei. **P**rouidebam dominum  
 in conspectu meo semp. qm ad dextris  
 est michi ne comouear. **P**ropter hoc  
 letatum est cor meum et exultauit  
 lingua mea. insuper caro mea requi  
 escet inspe. **Q**m non derelinques ani  
 mam meam in inferno. nec dabis sanc  
 tum tuum uidere corruptionem. **D**  
 tas michi fecisti uias uite adimple  
 bis me leticia cum uultu tuo. delec  
 tationes in dextera tua usq in finem.

**G**audi dñe iusticiam meam. **ps.**  
 Intende deprecationem meam. **A**uribus pape  
 non in labijs dolosis. **D**e uultu <sup>orationem</sup> meam +

tuo iudicium meum prodeat. oculi  
tui uideant equitates. **P**robasti cor  
meum et uisitasti nocte. igne me ex  
aminasti et non est inuenta in me  
iniquitas. **U**t non loquatur os meū  
opera hominum. propter uerba labi  
orum tuorum ego custodiuui uias du  
ras. **P**erfice gressus meos in semitis tu  
is. ut non moueantur uestigia mea.  
**E**go clamaui quoniam exaudisti me deus. in  
clina aurem tuam michi et exaudi uer  
ba mea. **M**irifica misericordias tuas. qui  
saluos facis sperantes in te. **R**esistenti  
bus dextere tue custodi me ut pupillā  
oculi. **S**ub umbra alarum tuarū pro  
tege me. a facie impiorum qui me affli  
erunt. **I**nimici mei animam meam  
circumdederunt adipem suum conclu  
serunt. os eorum locutum est super  
biam. **P**roicientes me nunc circumde  
derunt me. oculos suos statuerunt

20  
declinare in terram. **S**usceperunt me  
sicut leo paratus ad predam. et sicut ca-  
tulus leonis habitans in abditis. **E**xur-  
ge dñe preueni eum et supplantata eum.  
eripe animā meā ab impio. frameam tu-  
am ab inimicis manus tue. **D**ñe a pau-  
cis de terra diuide eos in iura eorum.  
de absconditis tuis adimpletus est uen-  
ter eorum. **S**aturati sunt filij. et dimi-  
serunt reliquias suas paruulis suis.

**E**go autem iniusticia apparebo in con-  
spectu tuo. factiabor cum apparuerit

**D**iligam te dñe **ps.** **G**loria tua.  
fortitudo mea. dñs firmamentū  
meum et refugium meum et  
liberator meus. **D**eus meus adiutor  
meus. et sperabo in eum. **P**ro-  
tectio et cornu salutis mee. et susce-  
ptor meus. **L**audans inuocabo dominum.  
et ab inimicis meis saluus ero. **C**ir-  
cumdederunt dolores mortis. et tor-  
me

rentes iniquitatis conturbauerunt me.  
**D**olores inferi circumdederunt me. prece-  
pitauerunt me laquei mortis. **I**n tribula-  
mea tione inuocaui Dominum. et ad deum  
meum clamaui. **E**t exaudiuit de templo  
sancto suo uocem meam. et clamor meus  
in conspectu eius introiuit in aures eius.  
**C**onmota est et contremuit terra fundamē-  
ta montium conturbata sunt et conmota  
sunt. quoniam iratus est eis. **A**scendit fumus  
in ira eius et ignis a facie eius exarsit.  
carbones succensi sunt ab eo. **I**nclinauit  
caelos et descendit. et caligo sub pedibus  
eius. **E**t ascendit super cherubin et uola-  
uit. uolauit super pennas uentorum.  
**E**t posuit tenebras latibulum suum in  
circuitu eius tabernaculum eius. te-  
nebrosa aqua in nubibus aeris. **P**re ful-  
gure in conspectu eius nubes transierunt  
grando et carbones ignis. **E**t misit sagittas  
suas et dissipauit eos. fulgura uul-  
+ et in tonitruo de caelo dominus et altissimus dedit  
uocem suam. grando et carbones ignis.

21.

triplicauit et conturbauit eos. **Et** appa-  
ruerunt fontes aquarum. et reuelata  
sunt fundamenta orbis terrarum. **Ab** i-  
crepatione tua dñe. ab inspiratione spiri-  
tus ire tue. **Misit** de summo et accepit  
me. assumpsit me de aquis multis. **Ar-**  
ripuit me de inimicis meis fortissimi s.  
et ab his qui me oderunt. qm confortati  
sunt super me. **P**reuenierunt me in die  
afflictionis mee. et factus est dñs protec-  
tor meus. **Et** eduxit me in latitudine  
saluum me fecit qm uoluit me. **Et** re-  
tribuet michi dñs scdm iusticiam  
et scdm puritatem manuum mearum re-  
tribuet michi. **Q**uia custodiui uias  
domini. nec impie gessi ad eo meo. **Qm**  
omnia iudicia eius in conspectu meo.  
et iusticias eius non repuli a me. **Et** ero  
inmaculatus cum eo. et obseruabo me  
ab iniquitate mea. **Et** retribuet michi  
dñs scdm iusticiam meam. et scdm

mea

punitatem manuum mearum in conspectu  
oculorum eius. *psalmus dauid.*

**S**um sancto sanctus eris. et cum  
uiro innotente innocens eris.

**A**t cum electo electus eris. et cum per  
uerso peruerteris. **Q**um tu populum hu  
mitem saluum facies. et oculos superborum  
humiliabis. **Q**um tu illuminas lucerna  
meam domine. deus meus illumina tene  
bras meas. **Q**um in te eripiar a tempta  
tione. et in deo meo transgrediar murum.

**D**eus meus in polluta uia eius eloquia  
domini igne examinata. protector est omni  
um sperantium in se. **Q**um quis deus pre  
ter dominum. aut quis deus preter deum  
nostrum. **D**eus qui percussit me uir  
tute. et posuit immaculatam uiam me  
am. **Q**ui perfecit pedes meos tamquam  
terruorum. et super excelsa statuens me.

**Q**ui docet manus meas ad prelium.  
et posuisti ut artum hercum bra

chia mea. **A**t dedisti michi protectionē  
salutis tue. et dextera tua suscepit me.

**E**t disciplina tua correxit me in finem.  
et disciplina tua ipsa me docebit. **D**ila-  
tasti gressus meos subtus me. et non  
sunt infirmata uestigia mea. **P**ersequat  
mimicos meos et comprehendam illos.  
et non conuertat donec deficiant. **N**on  
fringam illos nec poterunt stare. cadēt  
subtus pedes meos. **E**t percussisti me uir-  
tute ad bellum. et supplantasti in surge-  
tes in me in me. **A**t inimicos meos de-  
disti michi dorsum. et odientes me dis-  
perdidisti. **C**lamauerunt nec erat qui  
saluos faceret ad dñm nec exaudiuit  
eos. **E**t cōminuam eos ut puluerem an-  
te faciem uenti. ut lutum platearum  
delebo eos. **A**ripies me de contradictio-  
nibus populi. constitues me in caput  
gentium. **P**opulus quem non cognoui  
seruiuit michi. in auditu auris obedi-

uit michi. **F**ily alieni mentiti sunt  
michi filij alieni inueterati sunt et  
claudicauerunt a semitis suis. **U**it  
dñs et benedictus deus meus. et exalte  
tur deus salutis mee. **D**eus qui das um  
dictas michi. et subdis populos sub me.  
liberator meus de inimicis meis iracia  
dis. **E**t ab insurgentibus in me exaltabis  
me. a uiro iniquo eripies me. **P**ropte  
rea confitebor tibi in nationibus do  
mine. et nomini tuo psalmum dica.  
**M**agnificans salutes regis eius et faci  
ens misericordiam xp̄o suo dauid. et  
semini eius usq̄ in seculum. **psalmus.**

**C**eli enarrant gloriam dei. et  
opera manuum annuntiat  
firmamentum. **D**ies diei eruc  
tat uerbum. et nox nocti indicat sci  
entiam. **N**on sunt loquele neq̄ sermo  
nes. quoz non audiantur uoces eoz.  
**I**n omnem terram exiit sonus eo

rum. et in fines orbis terre uerba  
eorū. **I**n sole posuit tabernaculum su-  
um. et ipse tamquam sponsus proce-  
dens de thalamo suo. **E**xultauit ut gy-  
gas adcurrentiam uiam. a summo ce-  
lo egressio eius. **E**t occursum eius usque  
ad summum eius. nec est qui se abste-  
dat a calore eius. **L**ex domini immacu-  
lata conuertens animas. testimoniū  
dñi fidele. sapientiam prestans paru-  
lis. **I**usticie dñi recte letificantes cor-  
da. preceptum domini lucidum illu-  
minans oculos. **T**imor domini scs  
permanet in seculum seculi. iudicia  
dñi uera iustificata in semetipsa. **D**e-  
siderabilia super aurum et lapidem  
preciosum multum. et dulciora sup  
mel et fauam. **E**t enim seruus tuus  
custodit ea. incustodiendis illis retri-  
butio multa. **D**elicta quis intelligit  
ab occultis meis munda me. et ab

alienis parte seruo tuo. **S**i mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero. et emundabor a delicto maximo.

**E**t erunt ut conplateant eloquia oris mei. et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. **D**ñe adiutor meus.

et redemptor meus. **ps** **DAVID.**

**E**xaudiat te dñs in die tribulationis. protegat te nomen dei iacob. **M**ittat tibi auxilium de sancto. et de syon tueatur te. **M**emor sit omnis sacrificij tui. et holocaustum tuum pingue fiat. **T**ribuat tibi secundum cor tuum. et omne consilium tuum confirmet. **L**etabimur in salutaris tuo. et in nomine dei nostri magnificabimur. **I**mpleat dñs omnes petitiones tuas. nunc cognoui quoniam saluum fecit dñs spm suu. **E**xaudiat illum de celo sancto suo. in potentatibus salus dextere eius. **H**ic incurri

24  
bus et hi in equis. nos autem in  
nomine dei nostri invocabimus

Ipsi obligati sunt et ceciderunt. nos  
autem surreximus et erecti sumus.

*Staudu nos in die in  
nomine tuo De*  
Dñe saluum fac regem. et exaudi nos  
in die qua inuocauerimus te. *ps. 88.*

**D**omine in uirtute tua letabi  
tur rex. et super salutare tu  
um exultabit uehementer.

Desiderium cordis eius tribuisti ei.  
et uoluntate labiorum non fraudasti  
eum. *Qm* preuenisti eum in benedic  
tionibus dulcedinis. posuisti in capi  
te eius coronam de lapide pretioso.

Uitam perijt a te tribuisti ei. longitu  
dinem dierum in seculum et in seculum  
seculi. *M*agna est gl'a eius in sa  
lutari tuo. gloriam et magnum de  
corem impones super eum. *Qm* da  
bis eum in benedictionem in seculum se  
culi. letificabis eum in gaudio cum

uultu tuo. **Q**m rex sperat in dno.  
et in misericordia altissimi non con-  
mouebitur. **I**nueniatur manus tua  
omnibus inimicis tuis. dextera tua  
inueniat omnes qui te oderunt. **P**  
ones eos ut thibannum ignis in tempo-  
re uultus tui. dñs in ira sua contur-  
babit eos. et deuorabit eos ignis. **F**ruc-  
tum eorum de terra perdes. et semen  
eorum a filiis hominū. **Q**m declina-  
uerunt uite mala. cogitauerunt con-  
silia que non potuerunt stabilire. **Q**m  
pones eos dorsum. in reliquijs tuis  
preparabis uultum eorum. **E**xtatate  
dñe in uirtute tua. cantabimus et  
psallemus uirtutes tuas. **psalm. 88.**

**D**eus deus meus respice in me.  
quare me dereliquisti. longe  
a salute mea uerba delictorū  
meorum. **D**eus meus clamabo per  
diem et non exaudies. et nocte n̄

ad insipientiam michi. **Tu** autem in  
 sancto habitas. laus usque. **In** te spera  
 uerunt patres nostri. sperauerunt  
 et liberaisti eos. **Ad** te clamauerunt  
 et salui facti sunt. in te sperauerunt  
 et non sunt confusi. **Ego** autem sum  
 uermus et non homo. obprobrium  
 hominum et abiectio plebis. **O**mnes  
 uidentes me deriserunt me. locuti  
 sunt labijs et mouerunt caput. **S**pe  
 raui in domino eripiat eum. saluum  
 faciat eum quem uult eum. **Q**uoniam tu es  
 qui extraxisti me de uentre. spes mea  
 ab uberibus matris mee. in te proiectus  
 sum ex utero. **D**e uentre matris mee  
 deus meus est. ne discesseris a me.  
**Q**uoniam tribulatio proxima est. quoniam non  
 est qui adiuuet. **C**ircuuderunt me ui  
 tuli multi. tauri pingues obsederunt  
 me. **A**peruerunt super me os suum.  
 sicut leo rapiens et rugiens. **S**icut aq

effusus sum. et dispersa sunt omnia  
ossa mea. **F**actum est cor meum tam  
quam cera liquefcens. in medio ven  
tris mei. **F**ruit tamquā testa uirtus  
mea. et lingua mea adhesit faucibus  
meis. et in puluerem mortis deduxit  
me. **Q**uoniam circumdederunt me canes  
multi. concilium malignantium  
obsedit me. **R**oderunt manus meas  
et pedes meos. dirumerunt om  
nia ossa mea. **I**psi uero consideraue  
runt et inspererunt me. diuiserunt  
sibi uestimenta mea et super uestem  
meam miserunt sortem. **T**u autē dñe  
ne elongatus auxiliū tuum. ad de  
fensionem meam conspice. **A**ue a  
framea deus animam meā. et de ma  
nu canis unicam meam. **N**arrabo  
nomen tuum fratribus meis. in me  
dio ecclesie laudabo te. **Q**ui timetis  
dominū laudate eum. uniuersum  
† Salua me ex ore leonis. et a cornibus unicornium  
humilitatem meam.

semen iacob glorificate eum. **T**ime  
 at eum omne semen isrl. qm non  
 spreuit neq. desperit deprecatione  
 pauperis. **N**ec auertit faciem suam  
 a me et dum clamaram ad deum et  
 audiuit me. **A**psit te laus mea in  
 ecclesia magna. uota mea reddam i  
 conspectu timentium eum. **A**dent  
 pauperes et saturabuntur. Et lauda  
 bunt dominu qui requirunt eu.  
 uiuent corda eorum in seculum se  
 culi. **R**eminiscentur et conuerteti  
 tur ad dominu. uniuersi fines ter  
 re. **E**t adorabunt in conspectu eius.  
 uniuerse familie gentium. **M**andu  
 cauerunt et adorauerunt omnes  
 pingues terre. in conspectu eius ca  
 dent omnes qui descendunt inter  
 ram. **E**t anima mea illi uiuet. et  
 semen meu seruet ipsi. **A**nnunci  
 abitur dno generatio uentura. et  
 + quonia dmi est regnum et ipe dominabit  
 gentium.

annuntiabunt celi iusticiam eius.  
populo qui nascetur quē fecit dñs.

**D**ominus regit me et nichil  
michi de erit in loco pascue ubi  
me collocavit. **S**uper aquam  
refectionis educavit me. **A**nima me  
am conuertit. **P**eduxit me super se  
mitas iusticie. **P**ropter nomen suum.  
**N**am et si ambulauero in medio umbre  
mortis non timebo mala. **Q**m̄ tu metū  
es. **A**irga tua et baculus tuus. **I**psa me  
consolata sunt. **P**arasti in conspectu meo  
mensam. **A**dversus eos qui tribulant  
me. **I**mpinguasti in oleo caput meum.  
et calix meus inebrians quam precla  
rus est. **E**t misericordia tua subsequetur  
me. **O**mnibus diebus uite mee. **E**t  
ut inhabitem in domo dñi. **I**n longitu

**D**omini est **psalm** **D**ine dierum.  
terra et plenitudo eius. orbis ter  
rarum et uniuersi qui habitant

27  
in eo. **Q**uia ipse super maria fundauit  
eum. et super flumina preparauit eum.

**Q**uis ascendet in montem domini. aut  
quis stabit in loco sancto eius. **I**nnotens  
manibus et mundo corde. qui non accepit  
in uano animam suam. nec iurauit in  
dolo proximo suo. **H**ic accipiet benedic  
tionem a dño. et misericordiam a deo saluta  
ri suo. **H**ec est generatio querentium eum.  
querentium faciem dei iacob. **A**ttollite  
portas principes uestras. et eleuamini por  
te eternales. et introibit rex glorie. **Q**uis  
est iste rex glorie. dñs fortis et potens  
dñs potens in prelio. **A**ttollite portas prī  
cipes uestras. et eleuamini porte eterna  
les. et introibit rex glorie. **Q**uis est iste  
rex glorie. dñs uirtutū ipse est rex glie.

**A**ude dñe leuau animam **psalmi**.  
meam. deus meus in te confido  
non erubescam. **N**eq. irideant in e  
mumici mei. et enim uniuersi qui sus

tinetic te non confundentur. **C**onfundantur omnes iniqua agentes. super uacue. **V**ias tuas dñe demonstra michi. et semitas tuas edoce me. **D**irige me in ueritate tua et doce me. quia tu es deus saluator meus et te sustinui tota die.

**R**eminiscere miserationum tuarum domine. et misericordiarum tuarū que a seculo sunt. **D**elicta iuuentutis mee. et ignorantias meas ne memineris. **S**ecundum misericordiam tuam memento mei tu. propter bonitatem tuam domine. **D**ulcis et rectus dominus. propter hoc legem dabit delinquentibus in uia. **D**iriget mansuetos in iudicio. docebit mites uias suas. **U**niuerse uie domini misericordia et ueritas. requirantibus testamentum eius et testimonia eius. **P**ropter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo. multum est enim. **Q**uis est homo

qui timet dominū. Legem statuit ei  
 inuia quam elegit. **A**nima eius in  
 bonis demorabitur. et semen eius he  
 reditabit terram. **F**irmitamentum est  
 dñs timentibus eum. et testamentū  
 ipsius ut manifestetur illis. **O**culi mei  
 semper ad dominū. qm̄ ipse euellet de  
 laqueo pedes meos. **R**espice in me et  
 miserere mei. quia unicus et pauper  
 sum ego. **T**ribulationes cordis mei mul  
 tiplicate sunt. de necessitatibus meis  
rum et ficulneas eorum. et contriuit  
lignum finiu eorum. **D**ixit et uenit lo-  
custa et brucus. cuius non erat nu-  
merus. **E**t comedit omne fenum in  
terra eorum. et comedit omnem fruc-  
tum terre eorum. **E**t percussit omne  
primogenitum in terra eorum. primiti-  
as omnis laboris eorum. **E**t eduxit  
eos cum argento et auro. et non erat  
in tribulibus eorum infirmus. **L**etata e  
egyptus in perfectione eorum. quia incubu-  
it timor eorum sup eos. **E**xpandit nubes  
in protectionem eorum. et ignem ut la-

87  
ceret eis per noctem. **P**etierunt et ue-  
nit co'turnix: et pane celi saturauit  
eos. **D**isrupit petram et fluxerunt  
aque: abierunt in sicco flumina. **Q**m̄  
memor fuit uerbi sc̄i sui: quod habu-  
it ad abraham puerum suū. **E**t edux-  
it populum suū in exultatione: et elec-  
tos suos in leticia. **E**t dedit illis regio-  
nes gentium: et labores populorū pos-  
sederunt. **U**t custodiant iustificationes  
eius: et legem eius requirant. **psalm'.**

**C**onfitemini dño qm̄ bonus: qm̄  
in sc̄lm̄ misericordia eius. **Q**uis lo-  
quetur potencias dñi: auditas  
faciat omnes laudes eius. **B**eati qui  
custodiunt iudicium: et faciunt ius-  
ticiam in omni tempore. **O**remus nri  
dñe in beneplacito populi tui: uisita  
nos in salutari tuo. **A**d uidentium in  
bonitate electorum tuorū ad letandū  
in leticia gentis tue: ut lauderis cū

hereditate tua. **P**eccauimus cum pa-  
tribus nr̄s. inuiste egimus iniquita-  
tem fecimus. **P**atres nostri in egypto  
non intellexerunt mirabilia tua. non  
fuerunt memores multitudinis mise-  
ricordie tue. **E**t irritauerunt ascenden-  
tes in mare. mare rubrum. **E**t salua-  
bit eos propter nomen suū. ut notam  
faceret potentiam suam. **E**t increpuit  
mare rubrum et exsiccatum est. et e-  
duxit eos in abyssis sicut in deserto.  
**E**t saluauit eos de manu odientium.  
Et redemit eos de manu inimici. **E**t  
operuit aqua tribulantes eos. unus  
ex eis non remansit. **E**t crediderunt  
in uerbis eius. et laudauerunt lau-  
dem ei. **S**cito fecerunt obliti sunt  
operum eius. non sustinuerunt con-  
siliū eius. **E**t concupierunt concu-  
piscenciam in deserto. et temptauerūt  
deum in iniquo. **E**t dedit eis peti

tionem ipsorum. et misit saturitatem  
in animas eorum. **E**t irritauerunt  
moysen in castris. aaron scilicet domini.

**A**perta est terra et deglutit dathan.  
et operuit super congregationem abyron.

**E**t exarsit ignis in synagago eorum. flama  
combussit peccatores. **E**t fecerunt  
vitulum in oreb. et adorauerunt scilicet  
ptile. **E**t mutauerunt gloriam suam  
in similitudinem vituli comedentis  
fenum. **O**bliti sunt deum qui salua

uit eos. qui fecit mirabilia in terra  
cham. terribilia in mari rubro. **E**t  
dixit ut disperderet eos. si non moy  
ses electus eius stetit inconfiacti  
one in conspectu eius. **E**t auerteret  
iram eius ne disperderet eos. et pro  
nihil habuerunt terram desidera  
bilem. **N**on crediderunt in uerbo eius.  
et murmurauerunt in tabernaculis  
suis. non exaudierunt uocem domini.

magnalia  
egyptio

**E**t eleuauit manum suam sup eos.  
ut prostermeret eos in deserto. **E**t ut  
deiceret semen eorum in nationibus.  
et disperderet eos in regionibus. **E**t in  
iciati sunt beelphégor: et comederunt  
sacrificia mortuorum. **E**t irritauerunt  
eum in adinventionibus suis: et multi  
plicata est in eis ruina. **E**t stetit sine  
es et placauit: et cessauit quassatio.  
**E**t reputatū est ei in uultuam: in ge  
neratione et generationē usq; in semp  
ternum. **E**t irritauerunt eum ad  
aquam contradictionis: et ueratus est  
moyses propter eos: quia exacerbauerūt  
spiritum eius. **E**t distinxit in labijs  
suis: non disperderūt gentes quas dix  
it dñs illis. **E**t commixti sunt inter  
gentes: et didicerunt opa eorū: et fac  
tum est illis in scandalum. **E**t nemo  
lauierunt filios suos: et filias suas de  
monis. **E**t effuderunt sanguinem in  
terruerūt scultibus eorū.

nocentem. sanguinem filiorum suorum  
et filiarum suarum. quas sacrificauerunt  
sculptilibus chanaan. **E**t infecta est  
terra in sanguinibus. et contaminata  
est in operibus eorum. et fornicati sunt  
in aduentionibus suis. **E**t iratus est  
furore dominus in populo suo. et abhomi-  
natus est hereditatem suam. **E**t tra-  
didit eos in manus gentium. et do-  
minati sunt eorum qui oderunt eos.  
**E**t tribulauerunt eos inimici eorum.  
et humiliati sunt sub manibus eorum.  
sepe liberauit eos. **I**psi autem exacer-  
bauerunt eum in consilio suo. et hu-  
miliati sunt in iniquitatibus suis. **E**t  
iudicium cum tribularentur. et audiuit  
orationem eorum. **E**t memor fuit tes-  
tamenti sui. et penituit eum secundum  
multitudinem misericordie sue. **E**t dedit  
eos in misericordias. in conspectu omnium  
qui ceperant eos. **S**aluos fac nos domine

deus noster. et congrega nos de natio-  
nibus. **U**t confiteantur nomini scō  
tuo. et gloriemur in laude tua. **B**enedic-  
tus dñs deus isrl' a sclo et usq' in sclm.  
et dicet omnis populus fiat fiat. **ps.**

**C**onfitemini dño qm̄ bonus. qm̄  
in sclm̄ miscdia eius. **D**icant  
nunc qui redempti sunt a dño.  
quos redemit de manu inimici. de re-  
gionibz congregavit eos. **A** solis ortu et  
occasu. ab aquilone et mari. **E**rrauerūt  
in solitudine in inaquoso. viam ciuita-  
tis habitaculi non inuenerunt. **E**siuriē-  
tes et sicientes. anima eorum in ipsis  
defecit. **E**t clamauerunt ad dñm cum  
tribularentur. et de necessitatibz eorum  
eripuit eos. **E**t dedit eis viam  
rectam. ut irent in ciuitatem habitaci-  
onis. **C**onfiteantur dño miscdie eius.  
et mirabilia eius filijs hominū. **Q**uia  
faciavit animam in anem. et animā

esurientes faciauit bonis. **S**edentes  
in tenebris et umbra mortis. uinctos  
in mendicitate et ferro. **Q**uia exacerba  
uerunt eloquia dei. et consilium al  
tissimi irritauerunt. **E**t humiliati  
est in laboribus cor eorum. et infirmati  
sunt nec fuit qui adiuuaret. **E**t cla  
mauerunt ad dñm cum tribularen  
tur. et de necessitatibus eorum liberauit  
eos. **E**t eduxit eos de tenebris et um  
bra mortis. et uincula eorum disru  
pit. **C**onfiteantur dño misericordie eius.  
et mirabilia eius filijs hominũ. **Q**uia  
contriuuit portas hebreas. et uestes fer  
reos confregit. **S**uscepit eos de uia  
iniquitatis eorum. propter iniustici  
as enim suas humiliati sunt. **O**mnẽ  
estam abhominata est anima eorum.  
et appropinquauerunt usq; ad portas  
mortis. **E**t clamauerunt ad dñm cū  
tribularentur. et de necessitatibus eorum

liberavit eos **M**isit uerbum suum et  
sanavit eos. et eripuit eos de uisceribus  
eorum. **C**onfiteantur dño misericordie  
eius. et mirabilia eius filijs hominũ.  
**U**t sacrificent sacrificium laudis. et an  
nuncient opera eius in exultatione.  
**Q**ui descendunt mare in nauibus. fa  
cientes operationẽ in aquis multis.  
**I**psi uiderunt opa dñi. et mirabilia  
eius in profundo. **D**ixit et stetit spiri  
tus procelle. et exaltati sunt fluctus  
eius. **A**scendit usq; ad celos. et descẽ  
dunt usq; ad abyssos. anima eorum  
in malis tabescebat. **T**urbati sunt et  
moti sunt sicut ebrui. et omnis sa  
pientia eorum deuorata est. **E**t cla  
mauerunt ad dñm cum tribularen  
tur. et de necessitatib; eor; eduxit eos.  
**E**t statuit procellam eius in auram.  
et siluerunt fluctus eius. **E**t letati  
sunt quia siluerunt. et deduxit eos

91  
in portum uoluntatis eorum. **C**onfite-  
antur dño misericordie eius. et mirabi-  
lia eius filiis hominū. **E**t exaltent  
eum in ecclesia plebis. et in cathedra  
seniorum laudent eum. **P**osuit flu-  
mina in desertum. et exitus aquarū  
in sitim. **T**erram fructiferam. in  
salsuginem. amalicia inhabitantiū  
in ea. **P**osuit desertum in stagna  
aquarum. et terram sine aqua in ex-  
itus aquarū. **E**t collocauit illic esu-  
rientes. et constituerunt ciuitatem  
habitationis. **E**t seminauerunt agros.  
et plantauerunt uineas. et feterunt  
fructum natiuitatis. **E**t benedixit  
eis et multiplicati sunt nimis. et  
iumenta eorum non minorauit.  
**E**t pauci facti sunt et uerati sunt.  
tribulatione malorum et dolore.  
**A**ffusa est contentio super principes.  
et errare fecit eos in inuis et non

inuisa. **E**t adiuuit pauperem de  
inopia: et posuit sicut oues famili  
as. **V**idebunt recti et letabuntur, et  
omnis iniquitas operum lauit os suum.

**Q**uis sapiens et custodiet haec: et in  
telliget misericordias domini. **ps dauid.**

**P**aratum cor meum deus para  
tum cor meum: cantabo et psal  
lam in gloria mea. **E**xurge psalterium  
et cythara: exurgam dulciculo. **C**on  
fitebor tibi in populis domine: et psalla  
tibi in nationibus. **Q**uia magna est  
super celos misericordia tua: et usque ad  
nubes ueritas tua. **E**xaltare super ce  
los deus et super omnem terram gloria  
tua ut liberentur dilecti tui. **S**al  
uum fac dextera tua et exaudi me:  
deus locutus est in sancto suo. **E**xultabo  
et diuidam siccitatem: et conuallem  
tabernaculorum dimetiar. **M**eus est ga  
laad et meus est manasses: et effraim

92  
susceptio capitis mei. **I**uda rex mōs  
moab lebes spei mee. **I**n idumeam ex  
tendam calceamentū meum. michi  
alienigene amici facti sunt. **Q**uis  
deducet me in ciuitatem munitā.  
quis deducet me usq; in idumeam.

**N**onne tu deus qui repulisti nos. et  
non exabis dōs in uirtutib; nrīs. **V**a  
nobis auxilium de tribulatione. q̄a  
uana salus hominis. **I**n deo faciem  
uirtutem. et ipse ad nichilum de  
ducet inimicos nostros. *psalmi. 88.*

**D**eus laudem meam ne tacue  
ris. quia os peccatoris et dolo  
si sup me apertū est. **L**ecuti  
sunt aduersum me lingua dolosa  
et sermonib; ody circumdederūt  
me et expugnauerunt me gratis.

**P**ro eo ut me diligerent detrahebāt  
michi. ego autē orabam. **E**t posu  
erunt aduersum me mala pro bo

nis. et odium pro dilectione mea. **N**on  
fitue super eum peccatorem. et diabo  
lus stet ad dextris eius. **Q**um iudica  
tur exeat condemnatus. et oratio ei  
fiat in peccatum. **F**iant dies eius pau  
ci. et episcopatum ei accipiat alter.  
**F**iant filij eius orphani. et uxor eius  
uidua. **M**utantes transferantur filij  
eius et mendicent. eiciantur de habi  
tationibus suis. **S**truetur fenestra  
tor substantiam eius. et diripiant  
alieni labores eius. **N**on sit illi ad  
uitor. nec sit qui misereatur pupil  
lis eius. **F**iant nati eius in interit  
um. in generatione una deleatur  
nomen eius. **I**n memoriam redeat  
iniquitas patrum eius in conspectu  
dñi. et peccatum matris eius non  
deleatur. **F**iant contra dñm semp  
et disperdat de terra memoriã eor.  
pro eo quod non est recordatus face

93  
re misericordiam. **E**t persecutus est ho-  
minem inopem et mendicū. et con-  
punctum corde mortificare. **E**t dilex-  
it maledictionē et ueniet ei. et uolu-  
it benedictionē et elongabitur ab eo.

**E**t induit maledictionem sicut uesti-  
mentum et intrauit sicut aqua in  
interiora eius. et sic oleum in ossibz  
eius. **F**iat ei sicut uestimentū quo  
operitur. et sic zona qua semper pre-  
cingitur. **H**oc opus eorum qui detra-  
hant michi apud dñm. et qui locū  
tur mala aduersus animā meam.

**E**t tu dñe dñe fac mecum propter  
nomen tuum. quia suauis est mise-  
ricordia tua. **L**ibera me quia egenus  
et pauper ego sum. et cor meū con-  
turbatum est intra me. **S**icut um-  
bra cum declinat ablati sum. et  
excussus sum sicut locuste. **G**enua  
mea infirmata sunt a ieiunio. et

caro tua immutata. est. propter Deum.  
**E**t ego factus sum obprobrium illis.  
viderunt me et moverunt. castra sua.  
**A**dinua me donec deus meus saluum  
me fac secundum misericordiam tuam. **U**t  
sciatur quia manus tua hec. et tu  
donec fecisti eam. **M**aledicent illi et tu  
benedixis qui insurgunt in me con-  
fundentur. **S**ervus autem tuus letabi-  
tur. **I**ndignantur qui detrahunt michi  
prope. et spernantur sicut deplorate  
confusione sua. **C**onfitebor tibi in  
trās in ore tuo. et in medijs multorum  
laudabo eum. **Q**ui altitudo adogitans  
pauentis ut saluam faceret. quos se-  
quentibus animata mea. **G**loria  
patri et filio et spiritui sancto. **S**icut  
erat in principio. et nunc et semper  
et in secula. Amen.



...tus de  
...meo se  
...de regis  
...Dane  
...unum  
...scabel  
...pedum  
...tuo

...tue mittet dñs  
...militas impio

**T**ecum principum  
...militas  
...militas

**I**uravit dñs  
...sacerdos  
...melch

**D**omi  
...Iudicabit

...Iudicabit

**D**omi

Exaltabit caput. psalmus dauid.

**C**onfitebor tibi dñe in toto corde  
meo. in consilio iustorum et cō  
gregatione. **M**agna opera dñi. ex  
quisita in omnes uoluntates eius. **C**ō  
fessio et magnificentia opus ei. et ius  
ticia eius manet in sc̄m sc̄i. **M**emori  
am fecit mirabilium suorum mise  
ricors et miserator dñs. escam dedit ti  
mentib; se. **M**emor erit in sc̄m testa  
menti sui. uirtutē operum suorum.  
annuntiabit populo suo. **U**t det illis  
hereditatem gentium. opera manuum  
eius ueritas et iudiciū. **F**idelia om  
nia mandata eius confirmata in seculum  
sc̄i. facta in ueritate et equita  
te. **R**edemptionem misit dñs populo  
suo. mandauit in eternum testamē  
tum suum. **S**anctum et terribile  
nomen eius. **I**nteritum superbiae et  
inimicitie. **I**nteritum superbiae et  
inimicitie.

bis facientibus eum: laudatio eius ma-

**B**net in seculum seculi. *psalmus. 112.*  
 Beatus uir qui timet dominum. in  
 mandatis eius uolet. nimis. **Po**  
 tens in terra erit semen eius. gene  
 ratio rectorum benedicetur. **G**loria et  
 diuitie in domo eius. et iusticia eius  
 manet in seculum seculi. **A**roxum est in  
 tenebris lumen rectis. misericors et  
 miserator et iustus. **I**ocundus ho  
 mo qui miseretur et comodat. dispo  
 net sermones suos in iudicio. quia  
 in eternum non commouebitur. **I**n me  
 moria eterna erit iustus. ab auditi  
 one mala non timebit. **P**aratum cor  
 eius sperare in domino confirmatum est  
 cor eius non commouebitur. donec de  
 spiciat inimicos suos. **D**ispersit dedit  
 pauperibus iusticia eius manet in seculum  
 seculi. cornu eius exaltabitur in gloria.  
**P**eccator uidebit et irascetur dentibus

**L**uis fremet et tabescet. desiderium  
peccatorum peribit. *psalm' dauid.*

**L**audate pueri dñm. laudate nomē  
dñi. **S**ic nomen dñi benedictum.

ex hoc nunc et usq; in sc̄lm. **A** solis ortu  
usq; ad occasum. laudabile nomen dñi.

**E**xcellsus super omnes gentes dñs. et  
super celos gloria eius. **Q**uis sic dñs de  
us nr̄ qui in altis habitat. et humilia re  
spicit in celo et in terra. **S**uscitans a terra  
inopem. et de stercore erigens pauperem.

**E**t collocet eum cum principibus. cū  
principib; populi sui. **Q**ui habitare fa  
cit sterilem in domo. materiam filiorum  
letantem. **G**loria patri. *psalm' dauid.*

**A**eriu isrl̄ de egypto. domus iacob  
de populo barbaro. **F**acta est iudea sanc  
tificatio eius. isrl̄ potestas eius. **M**are  
indit et fugit. iordanis conuersus ē  
retrosuum. **M**ontes exultauerunt ut  
anietes. et colles sicut agni onium.

**Q**uid est tibi mare quod fugisti. et tu  
iordanis quia conuersus est retrosum.

**M**ontes exultasti sicut arietes. et col  
les sicut agni ouium. **A** facie vni mota  
est terra. a facie dei iacob.

**Q**ui conuertit  
petram instagna aquarum. et tu  
pem in fontes aquarum. **N**on nobis do  
mine non nobis. sed nomini tuo da  
gloriam.

**S**uper misericordia tua et ue  
ritate tua. nequando dicant gentes  
ubi est deus eorum. **D**eus autem noster  
in celo. omnia quecumque uoluit fecit.

**S**imulacra gentium argentum et au  
rum. opera manuum hominum. **O**s ha  
bent et non loquentur. oculos habent  
et non uidebunt. **A**ures habent et

non audient. nares habent et non  
odorabunt. **M**anus habent et non  
palpabunt. pedes habent et non am  
bulabunt non clamabunt in guttu  
re suo.

**S**imiles illis fiant qui faci

unt ea. et omnes qui confidunt i  
eis. **D**omus isrl speravit in dno. adiu  
tor eoru et protector eoz est. **D**omus aa  
ron speravit in dno. adiutor eoz et pro  
tector eorum est. **Q**ui timent dnm spe  
rauerunt in dno. adiutor eoru et pro  
tector eoz est. **D**ns memor fuit nri.  
et benedixit nobis. **B**enedixit domui  
isrl. benedixit domui aaron. **B**enedix  
it omnibz qui timent dnm. pusillis  
cum maioribz. **A**duciat dns sup uos.  
super uos et sup filios uestros. **B**enedic  
ti uos dno. qui fecit celum et terra.  
**C**elum teli dno. terram aute dedit fi  
liis hominu. **N**on inuerti laudabunt  
te dne. neq omnes qui descendunt i  
infernum. **S**ed nos qui uimus  
benedicimus dno. et hoc nunc et usq  
**D**ilexi quoniam ps 88. **P**erfectum  
gratias dno. uocem orationis

mee. **Q**uia inclinauit aurem suam  
michi. et in diebus meis inuocabo.

**C**ircuiderunt me dolores mortis. et pe  
ricula inferni inuenerunt me. **T**ribu  
lationem et dolorem inueni. et nome  
dñi inuocaui.

**O** dñe libera animam  
meam misericors dñs et iustus. et  
deus nr̄ miseretur.

**C**ustodiens par  
uulos dñs. humiliatus sum et libe  
rauit me.

**C**onuertere animā meam  
in requiem tuam. quia dñs benefecit  
tibi.

**Q**uia eripuit animā meam de  
morte oculos meos a lacrimis. pedes  
meos a lapsu.

**P**lacebo dño. in regio  
redidi propter ps. **S**ne uiuoz.

**Q**uod locutus sum. ego autem  
humiliatus sum nimis.

**A**go  
dixi in excessu meo. omnis homo  
mendax.

**Q**uid retribuam dño. pro  
omnibus que retribuit michi. **C**ali

tem salutaris accipiam. et nomen  
dñi inuocabo. **V**ota mea dño reddam  
coram omni populo eius. preciosa in  
conspectu dñi mors sanctorum eius.

**O** dñe quia ego seruus tuus. ego ser  
uus tuus et filius ancille tue. **D**is  
rupisti uincula mea tibi sacrificabo  
hostiam laudis. et nomen dñi inuo  
cabo. **V**ota mea dño reddam in conspec  
tu omnis populi eius. in atrijs domus  
dñi in medio tui iherusalem. **ps. 116.**

**L**audate dñm omnes gentes.  
laudate eum omnes populi. **Q**m  
confirmata est super nos misericordia ei.  
et ueritas dñi manet in eternum. **ps.**

**C**onfitemini dño qm bonus. qm  
in scdm misericordia eius. **D**icit nunc  
isrl' qm bonus. qm in scdm mi  
sericordia eius. **D**icit nunc sarrus  
aaron. qm in scdm misericordia eius. **D**i  
cant nunc qui tenent dñm. qm

in seculum misericordia eius. **D**e tribu-  
lacione inuocaui dnm. et exaudiuit  
me in latitudine dñs.

**D**ñs michi ad-  
uitor. non timebo quid faciat michi  
homo. **D**ñs michi adiutor. et ego de-  
spiciam inimicos meos.

**B**onum est  
confidere in dño. quam confidere in  
homine.

**B**onum est sperare in dño.  
quam sperare in principibus.

**O**mnes gen-  
tes circumdederunt me. et in nomine  
dñi quia ultus sum in eos.

**C**ircum-  
dantes circumdederunt me. et in no-  
mine dñi quia ultus sum in eos.

**C**ircumdederunt me sicut apes et ex-  
arserunt sicut ignis in spinis. et in  
nomine dñi quia ultus sum in eos.

**I**mpulsus euersus sum ut caderem.  
et dñs suscepit me.

**F**ortitudo mea et  
laus mea dñs. et factus est michi in  
salutem.

**T**or exultationis et salutis  
in tabernaculis iustorum. **D**extera dñi

fecit uirtutem dextera dñi exalta  
uit me. dextera dñi fecit uirtutem.  
**N**on moriar sed uiuam. et narrabo ope  
ra dñi. **C**astigans castigauit me dñs.  
et morti non tradidit me. **A**perite mi  
portas iusticie ingressus meas. con  
fitebor dño. hec porta dñi iusti intra  
bunt in ea. **C**onfitebor tibi qm̄ exau  
disti me. et factus est michi in salutē.  
**L**apidem quē reprobauerunt edifican  
tes. hic factus est in caput anguli. **A**do  
mino factum est istud. et est mirabile  
in oculis nostris. **H**ec est dies quā fe  
cit dñs. exultemus et letemur in ea.  
**O**mnē saluū me fac omnē bene prospe  
rare. benedictus qui uenturus es in  
nomine dñi. **B**enediximus nobis  
de domo domini. deus dñs et illux  
it nobis. **C**onstituente diem sollemp  
nem. in candelensis. usq; ad cornu alta  
ris. **D**eus meus est et confitebor t

*Quisquis respiciat gratiam dei...  
Sicut p[ro]p[ri]a an[im]a absp[er]at...  
Et ad d[eu]m absp[er]at nocte...  
Sicut p[ro]p[ri]a an[im]a absp[er]at...  
Et ad d[eu]m absp[er]at nocte...  
Sicut p[ro]p[ri]a an[im]a absp[er]at...  
Et ad d[eu]m absp[er]at nocte...*

deus meus est et exaltabo te. **C**on-  
fitebor tibi qm exaudisti me. et fac-  
tus est michi in salutem. **C**onfitemi-  
ni dno qm bonus. qm in scdm miseria

**B**eați immaculati **ps. 88.** **S**eus.  
in via. qui ambulant in lege  
dñi. **B**eați qui scrutantur tes-  
timonia eius. in toto corde exquirunt  
eum. **N**on enim qui operantur ini-  
quitatem. in vijs eius ambulauerunt.  
**T**u mandasti mandata tua. custodi-  
ri nimis. **U**tinam dirigantur iue-  
mee. ad custodiendas iustificationes  
tuas. **T**u ne non confundar. cum  
perpsero in omnibz mandatis tu-  
is. **C**onfitebor tibi in directione cor-  
dis. in eo quod dicitur iudicia iusti-  
tie tue. **I**ustificationes tuas iudic-  
iant me. **ps.**

nes tuos. **I**n toto corde meo exquisiui  
te. ne repellas me a mandatis tuis.

**I**n corde meo abscondi eloquia tua. ut  
non peccem tibi. **B**enedictus es dñe.

doce me iustificationes tuas. **I**n labijs  
meis pronunciaui. omnia iudicia oris

tui. **I**n uia testimoniorum tuorum de  
lectatus sum. sicut in omnibus diuicijs

tuis. **I**n mandatis tuis exercebor. et con  
siderabo uias tuas. **I**n iustificationibus

tuis meditabor. non obliuiscar sermo

**R**etribue seruo ps̄ dñi. **R**etribue seruo ps̄ dñi. **R**etribue seruo ps̄ dñi. **R**etribue seruo ps̄ dñi.

tuo uiuifica me. et custodiam  
sermone tuos. **R**eucla oculos

meos. et considerabo mirabilia de le  
ge tua. **I**ncola ego sum in terra. nō

abscondas a me mandata tua. **C**oncu  
piunt anima mea desiderare iusti  
ficationes tuas in omni tempore. **I**n

crepasti superbos. maledixisti qui de  
clinant a mandatis tuis. **R**uffe

ame obprobrium et contemptum:  
 quia testimonia tua exquisivi. **E**t eni  
 sederunt principes et aduersum me  
 loquebantur: seruus autē tuus exer  
 cebatur in iustificationibz tuis. **N**am  
 et testimonia tua meditatio <sup>mea</sup> est: et cō  
 silium meum iustificationes tue. **ps.**

**A**dhesit pavimento anima mea  
 uiuifica me: scdm uerbum  
 tuum. **Q**uas meas enunciaui  
 et exaudisti me: doce me iustificatio  
 nes tuas. **Q**uam iustificationū tuarū  
 instrue me: et exerceboz in mirabi  
 libus tuis. **D**ormitauit anima mea  
 preterdō: confirma me in uerbis tuis.  
**Q**uam iniquitatis amoue a me: et de  
 lege tua miserere mei. **Q**uam uerita  
 tis electi: iudicia tua non sunt oblit.  
**A**dhesi testimonius tuis dñe: noli  
 me confundere. **Q**uam mandatorum  
 tuorum cucurri: quam dilatasti.

In lingua uel p[ro]p[ri]a p[er] p[er]sonam p[er]sonam p[er]sonam p[er]sonam p[er]sonam  
uandat uandat p[er]sonam p[er]sonam p[er]sonam p[er]sonam p[er]sonam  
Ad tertiam

cor meum. **Psalmus dauid.**

**L**egem pone michi d[omi]ne uiam iusti-  
ficationum tuarum et exquiram  
eam semper. **D**a michi intellectum et  
scrutabor legem tuam et custodiam  
illam intoto corde meo. **D**educ me i  
semita mandatorum tuorum quia ip-  
sum uolui. **I**ndina cor meum i iusti-  
tiam tua et non in auaricia. **A**uer-  
te oculos tuos ne uideant uanitatem  
inimici tua uiuifica me. **S**tatu seruo  
tuo eloquium tuum i iustitiam tuam. **A**m-  
puta obprobrium meum quod suspicatus  
sum quia iudicia tua iocunda. **E**cce  
concupiui mandata tua iniquitate  
mea uiuifica me. **psalmus** **S**tata

**E**t ueniat super me misericordia de-  
i. **S**alua me d[omi]ne s[ecundum] elo-  
quium tuum. **E**t respondebo  
i iudicantibus michi uerbum quia  
sp[er]aui in sermone tuo. **E**t ne au-

feras de ore meo uerbum ueritatis  
 usquequaque: quia in iudicijs tuis sup  
 speraui. **E**t custodiam legem tuam  
 semper in seculum et in seculum seculi. **E**t am  
 bulabam in latitudine: quia manda  
 ta tua exquisiui. **E**t loquebar de testi  
 monijs tuis in conspectu regum: et  
 non confundebar. **E**t meditabar in  
 mandatis tuis que dilexi. **E**t leuaui  
 manus meas ad mandata tua que di  
 lexi: et exercebor in iustificationibz tuis.

**M**emor esto uerbi tui **ps dauid.**  
 seruo tuo in quo michi spem  
 dedisti. **H**ec me consolata est in  
 humilitate mea: quia eloquium tu  
 um iustificauit me. **S**uperbi inig  
 agebant usquequaque: a lege autem tua  
 non declinaui. **M**emor fui iudicioy  
 tuorum a seculo dñe et consolatus  
 sum. **D**efectio tenuit me pro peccatis  
 meis: derelinquentibz legem tua.

**Q**uoniam cantabiles michi erant iustificatio-  
nes tue in loco peregrinationis mee.

**M**emor fui nocte nominis tui domine et  
custodivi legem tuam. **R**ec facta est

michi quia iustificationes tuas exequor.

**P**recio mea domine dixi **psalmus** **I**psi  
custodire legem tuam. **D**eprecatus  
sum faciem tuam uertoto corde meo.  
miserere mei secundum eloquium tuum.

**C**ogitavi uias meas et conuertere pedes  
meos in testimonium tuum. **P**aratus sum

et non sum turbatus ut custodiam  
mandata tua. **F**unes peccatorum cir-

cumpleri sunt me et legem tuam  
non sum oblitus. **M**edia nocte surge-

bam ad confitendum tibi super ui-  
dicia iustificationis tue. **P**articeps ego

sum omnium timentium te et custodientium  
mandata tua. **M**isericordia

domine plena est terra iustifica-  
tionis tuas. **doce me. psalmus dauid.**

492  
**B**onitatem fecisti cum seruo tuo do-  
mine: scdm uerbum tuum. **B**oni-  
tatem et disciplinam et scienti-  
am doce me: quia mandatis tuis cre-  
didi. **P**riusquam humiliaret ego deli-  
qui: propterea eloquium tuum custo-  
dii. **B**onus estu et in bonitate tua do-  
ce me: iustificationes tuas. **M**ultipli-  
cata est super me iniquitas superboꝝ:  
ego autem intoto corde: scrutabor mā-  
data tua. **C**ogitatum est sicut lac  
cor eorū: ego uero legem tuam medita-  
tus sum. **B**onum michi quia humili-  
asti me: ut discam iustificationes tu-  
as. **B**onum michi lex oris tui: super  
milia auri et argenti. *psalm' dauid.*

**M**anus tue fecerunt me et palmae  
uerunt me: da michi intellectum  
ut discam mandata tua. **Q**ui time-  
rent te uidebunt me et letabuntur:  
quia in uerba tua suspiravi. **O**mnis

nomi dñe quia equitas iudicia tua in  
ueritate tua humiliasti me. **F**iat mise  
ricordia tua ut consoletur me. scdm elo  
quium tuum seruo tuo. **V**eniant mi  
chi miserationes tue et uiuam. quia  
lex tua meditatio mea est. **C**onfundant  
superbi quia iniuste iniquitate fecerunt  
in me. ego autē exercebor in mandatis  
tuis. **C**onuertantur michi timentes te.  
et qui nouerunt testimonia tua. **F**iat  
cor meum immaculatum in iustificati  
onibus tuis. ut non confundar. **ps.**

**D**efecit in salutare tuum anima  
mea. et in uerbum tuū super spe  
raui. **D**efecerunt oculi mei in  
eloquium tuū. dicens quando conso  
laberis me. **Q**uia factus sum sicut inter  
rumas. iustificationes tuas non sū  
timis. **Q**uia sunt dies serui tui. quā  
tempore de placentiā me iudicatum.  
**I**terum michi iniqui fabulatio.

nes se non ut lex tua. **O**mnia manda-  
ta tua uergas. iniqui persecuti sunt  
me **adiuua me** Paulominus consum-  
mauerunt me in terra. ego autem nō  
dereliqui mandata tua. **S**ecūm misericō-  
diam tuam uiuifica me. et custodiam testi-  
monia oris tui. **psalmus dauid.**

**H**eterum dñe uerbum tuū perma-  
net in uolo. **I**n generatione et generatio-  
nem ueritas tua fundasti terram et per-  
manet. **O**rdinatione tua perseuerat di-  
es qm̄ omnia seruiunt tibi. **N**isi quod  
lex tua meditatio mea est: tunc forte pe-  
rissem in iniquitate mea. **I**n eternum  
non obliuiscar iustificaciones tuas quia  
in iustis uiuificasti me. **G**ratias sum tibi  
saluum me qm̄ iustificaciones tuas  
acquisiui. **O** respice ueritas petentes  
ut perderent me. testimonia tua inteli-  
geu. **O**mnis consummationis uisus  
nem. latam mandatum tuū dñe.

**Q**uomodo dilexi legem tuam **ps.**  
Dñe: tota die meditatio mea est.

**S**uper inimicos meos pruden-  
tem me fecisti mandato tuo: quia in  
eternum michi est. **S**uper omnes  
docentes me intellexi: quia testimo-  
nia tua meditatio mea est. **S**uper se-  
nes intellexi: quia mandata tua que-  
sivi. **A**b omni via mala prohibui pe-  
des meos ut custodiam uerba tua.

**A**uidius tuus non declinaui: quia tu  
legem posuisti michi. **Q**uam dulcia  
fauibus meis eloquia tua: super mel-  
lori meo. **A**mandatis tuis intellexi:  
propterea odium omnem uiam iniquitatis.

**D**extera pedibus meis uerbum **ps.**  
tuum: et lumen semitis meis.

**I**uravi et statui custodire iudicia  
iusticie tue. **H**umiliatus sum usque  
quia dñe: iustificata me scdm uerbum  
tuum. **V**oluntaria oris mei benepla-

cita fac dñe. et iudicia tua doce me.

**A**nima mea in manibus meis semper.  
et legem tuam non sum oblitus. **P**o-  
suerunt peccatores laqueum m. et de  
mandatis tuis non erravi. **H**ereditate  
acquisivi testimonia tua in eternum.  
quia exultatio cordis mei sunt. **I**ncli-  
navi cor meum ad faciendas iustifica-  
tiones tuas in eternum. propter retributio-

**A**liquos odio habui. et legem ps. hie.  
tuam dilexi. **A**duitor et susceptor me-  
us es tu. et in uerbum tuum super spe-  
ravi. **D**eclinare a me maligni. et ser-  
uabo mandata dei mei. **S**uscipe me  
secundum eloquium tuum et uiuam. et non  
confundas me ab expectatione mea.

**A**d uocame et saluus ero. et medica-  
bo in iustificationibus tuis semper. **S**piri-  
tus omnes uiscentes audientis  
tuis. **A**me multa. **R**ogatus ego.

**P**ropter hoc. **R**espice omnes me

catores terre. ideo dilexi testimonia tua.

**C**onfige timore tuo carnes meas. auudi  
cuis etiam tuus timui. **psalmus. 88.**

**N**on tradas me calumpniantibus me. **S**u-  
cipe seruum tuum in bonum. non ca-  
lumpniantur me superbi. **O**culi mei  
defecerunt in salutare tuum. et in elo-  
quium iusticie tue. **F**ac tuum seruo  
tuo scdm misericordiam tuam. et iustifica-  
tiones tuas doce me. **S**eruus tuus sum  
ego da michi intellectum. ut sciam  
testimonia tua. **T**empus faciendi do-  
mine. dissipauerunt legem tuam.

**I**oco delicti mandata tua. sup aurum  
et repation. **P**ropterea id omnia ma-  
gna tua diligebam. quoniam iustam  
viam in odio habui. **psalmus.**

**M**

**D**

omni illuminat: et intellectum  
 dat paruulis. **O**s meum aperui et ad  
 traxi spiritum: quia mandata tua de  
 siderabam. **A**spice in me et miserere  
 mei: scdm iudicium diligentiu nome  
 tuum. **G**ressus meos dirige scdm eloq  
 um tuum: et non dominetur mei  
 omnis in iusticia. **R**edime me a calu  
 nijs hominum: ut custodiam man  
 data tua. **F**aciens illumina super tua  
 seruum tuum: et doce me iustificati  
 ones tuas. **S**trius aquarum dedux  
 erunt oculi mei: quia no custodiet  
 usus es dne: et rectu ps. **F**legē tua.  
 iudicium tuum. **M**andasti iusticiam  
 testimonia tua: et ueritatem tuam  
 timis. **T**abescere me fecit zelus me  
 us: quia obliu sunt uerba tua mi  
 nui mei. **E**quum eloquū tuum  
 uoluntate: et seruis tuis uolunt  
 atibus. **A**ualescens sum ego

et contemptus. iustificationes tuas non sunt  
oblitus. **I**usticia tua iusticia in eternum.  
et lex tua ueritas. **T**ribulatio et angustia  
inuenierunt me. mandata tua meditatio  
mea est. **E**quitas testimonia tua in eter-  
num. intellectum da michi et uiuam. **ps.**

**C**lamavi in corde exaudi me do-  
mine. iustificationes tuas requirant.

**C**lamavi ad te saluum me fac. ut  
custodiam mandata tua. **P**reueni in manu-

**ps** ritate et clamavi in uerba tua suspera-  
ui. **P**reuenierunt oculi mei ad te saluati-

lo. ut meditarer eloquia tua. **U**ocem me-  
um sedem misericordiam tuam dñe. et secundum

indignum tuum misericordia me. **A**ppropin-

quauerunt persequentes me iniquitatem.  
a lege autem longe facti sunt. **P**rope esto

dñe. et omnes uie tue ueritas. **I**nicio cog-  
nouit de testimonio tuo quia in eternum

**C**onfundasti eos. **psalmus** dauid.  
De humilitate meam et eripe

me: quia legem tuam non sum oblitus.

**I**udica iudicium meum et redime me: propter eloquium tuum unifica me.

**L**onge a peccatoribus salus: quia iustificati-

ones tuas non exquisierunt. **M**isericordie tue multe dñe: scdm iudiciũ tuũ unifi-

ca me. **M**ulti qui persecuntur me et tribulant me: a testi-

monijs tuis non declinavi. **V**idi prevaricantes et tabesce-

bam: quia eloquia tua non custodierunt. **V**ide qm mandata tua dilexi dñe: in mi-

sericordia tua iustificata me. **P**rinicipes uerborum tuorum iustitias: iustitias omnia iudicia iustitias. **ps dauid.**

**P**rinicipes persecuti sunt me gratis. **P**er uerbis tuis formidavi: con-

tingere. **L**etabor ego super eloquia tua sicut sicut qui inuenit spolia multa. **I**niqui-

titatem odio habui & abominatus sum. **L**egem autem tuam dilexi.

**S**eruos in die laudem dñi: tibi super

iudicia iusticie tue. **P**ax multa dilige  
tibus legem tuam. et non est illis scan  
dalum. **E**xpectabam salutare tuum dñe.  
et mandata tua dilexi. **C**ustodiuit ani  
ma mea testimonia tua. et dilexit ea ue  
hementer. **S**eruaui mandata tua et tes  
timonia tua. quia omnes uie mee in  
conspetu tuo. **psalmus dauid.**

**A**ppropinquet depretatio mea inco  
spectu tuo dñe. iuxta eloquium  
tuum da michi intellectum. **I**n  
trec postulatio mea in conspectu tuo. se  
cundum eloquium tuum eripe me. **E**ruc  
tabunt labia mea. ymnium. cum docu  
eris me iustificationes tuas. **P**ronunci  
abit lingua mea eloquium tuum. quia  
sentia mandata tua equitas. **F**is tu  
nos tua ut saluet me. **C**onspiciam salutare  
meum. **C**onspiciam salutare meum. **U**  
tutem meam. **U**tutem meam. **U**tutem meam.

107  
dicia tua adiuuabunt me. **Erraui** sicut  
ovis que perijt. quere seruum tuum. quia  
mandata tua non sum oblitus. **ps. dd.**

**A**d dominum cum tribularet clama-  
ui. et exaudiuit me. **Ne** libera  
animam meam alabys iniquis.  
et a lingua dolosa. **Quid** detur tibi aut  
quid apponatur tibi. ad linguam dolosa  
**Sagitte** potentis acute. cum carbonibus  
de solatoris. **Heu** michi quia incolatus  
meus prolongatus est. habitari cum ha-  
bitantibus cedar. multum incola fuit ani-  
ma mea. **Cum** his qui oderunt pacem  
eram pacificus. cum loquebar illis in-  
pugnabant me gratis. **psalmus. dd.**

**Re**uavi oculos meos in montes. un-  
de ueniet auxilium michi. **Auxi-**  
lium meum ad domino. qui fecit celum et  
terram. **Non** det in commotione pedem tu-  
um. neque dormitet qui custodit te. **Et**  
te non dormitabit neque dormiet. qui

custodit isrl. **D**ñs custodit te dñs pro  
tectio tua. super manum dexteram tu  
am. **P**er diem sol non uret te. neq; lu  
na per noctem. **D**ñs custodit te ab om  
ni malo. custodiat animā tuā dñs.

**L** **D**ñs custodiat introitum tuum et ex  
itum tuū. ex hoc nunc et usq; in scdm.  
etatus sum in his que **ps dauid.**  
dicta sunt michi. in domū dñi  
ibimus. **S**tantes erant pedes nostri.  
in atris tuis iherusalem. **I**herusalē  
que edificatur ut ciuitas. cuius par  
ticipatio eius in idipsum. **I**llic enim  
ascenderunt tribus tribus dñi. testi  
monium isrl' ad confitendum nomi  
ni dñi. **Q**uia illic sederunt sedes in  
iudicio. sedes super domū dauid. **R**o  
gate que ad pacem sunt iherlm. et  
habundancia diligentib; te. **F**iat pax  
in uirtute tua et habundancia in  
uiribus tuis. **P**ropter frēs meos et

proximos meos: loquebar pacem de  
te. Propter domum domini dei nostri que

**A**scendi bona tibi. *psalmus dauid.*  
Ade leuavi oculos meos. qui  
habitas in celis. Et te sicut ocu  
li seruorum. in manibus dominorum su  
orum. Sicut oculi ancille in mani  
bus domine sue. ita oculi nostri ad dominum  
deum nostrum donec misereatur nostri.

Miserere nostri domine miserere nostri. quia  
multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima  
nostra obprobrium habundantibus. et  
despectio superbis. *psalmus dauid.*

**N**isi quia dominus erat in nobis di  
cas nunc in. nisi quia do  
minus erat in nobis. Cum  
irruerent homines in nos. forte  
ruos in. miserere nos. *psalmus*  
et est. *psalmus*  
tam. *psalmus*

tem pertransiuit anima nostra forsi-  
tam pertransisset anima nra. aquam  
intollerabilem. **B**enedictus dñs qui  
non dedit nos. in captiōem dentibus  
eorum. **A**nima nra sicut passer erep-  
ta est. de laqueo uenantium. **L**aque-  
us contritus est. et nos liberati sumus.  
**A**duitorium nostrum in nomine dñi.  
qui fecit celum et terram. **psalmus.**

**Q**ui confidunt in dño. sicut mōs  
syon non commouebitur in eter-  
num. qui habitat in iherusalē.  
**M**ontes in circuitu eius et dñs in  
circuitu populi sui. et hoc nunc et  
usq. in scclm. **Q**uia non relinquet  
dñs iuramentum peccatorum. sup sorte  
iustorum. ut non auerterent iusti  
de terra. **B**ene-  
dictus dñs in scclm.

iniquitatem. par super isrl. ps.

**C**onuertendo dñs captiuitatē syon.  
facti sumus sicut consolati. Tunc  
repletum est gaudio os nostrum. &  
lingua nra exultatione. Tunc di-  
cent inter gentes. magnificauit do-  
minus facere cum eis. Magnificauit  
dñs facere nobiscum. facti sumus  
letantes. **C**onuertere dñe captiuita-  
tem nram. sicut torrens in austro.

**Q**ui seminant in lacrimis. in exulta-  
tione metent. **Q**uantes ibant et fle-  
bant. mittentes semina sua. **V**eni-  
entes autem ueniunt cum exulta-  
tione. portantes manipulos suos.

**N**isi dñs edificauerit. psalm.  
domus. in uanum laborem  
erunt qui edificanc eam. **N**i-  
si dñs custodierit ciuitatem. frus-  
tra uigilat qui custodit eam. **T**a-  
num est uobis ante lucem surge

re: surgite postquam sederitis. qui ma-  
dicatis panem doloris. **Q**um dederit  
dilectis suis somnū. ecce hereditas do-  
mini: filij merces fructus ventris.

**S**icut sagitte in manu potentis. ita  
filij excussorum. **B**eatus vir qui im-  
pleuit desiderium suū eripis. nō  
confundetur tui loquetur inimi-

**B**is suis in porta. *psalm. 88.*

**B**eati omnes qui timent dñm.  
qui ambulant in vijs eius. **L**a-

bors manuum tuarū quia mandu-  
cabis. **B**eatus es et bene tibi erit. **U**-

rtia tua sicut vitis habundans in  
lanceis domus tue. **F**ilij tui sicut

cornu plenum. **E**cce sic benedicetur homo.  
qui timet dñm.

**B**enedicat tibi do-  
minus. **B**enedicat tibi do-  
minus. **B**enedicat tibi do-

minus. **B**enedicat tibi do-  
minus. **B**enedicat tibi do-  
minus. **B**enedicat tibi do-

*si in die iudicis nos tuum  
repleat oculi tui*

De ant. ip. chris. dicitur

tem sup isrl. **psalmus dauid.**

**S**epe expugnauerunt me ad  
iuuentute mea. dicat n̄ isrl.

**S**epe expugnauerunt me a  
iuuentute mea. et enim non potu  
erunt michi. **S**upra dorsum meū  
fabricauerunt peccatores. prolon  
gauerunt iniquitatē suam. **D**ñs  
iustus concidet ceruices peccatorū.  
confundantur et conuertantur re  
trosum omnes qui oderunt syon.

**F**iant sicut fenem tectorum. quod  
priusquā euellatur exaruit. **D**e  
quo non impleuit manū suam q̄  
metet. et sinum suū qui manipu  
los colliget. **E**t non dixerūt qui  
precebatunt benedictio dñi super  
nos. benedixim⁹ uobis in nomine

**D**e profundis clama **ps** **F**oni.

**D**omi. **D**ñe exaudi uo  
ces meas. **F**erit auris tue

incendentes. in uocem deprecationis  
meae. **S** iniquitates obseruaueris do-  
mine. onē quis sustinebit. **Q**uia apud  
te propitiatio est. et propter legem tu-  
am sustinuit ani-  
ma mea in uerbo eius. sperauit ani-  
ma mea in dno. **A**cust. **M**atuti-  
na usq; ad noctem. speret isrl' in dno.

**Q**uia apud dnm misericordia. et copiosa  
apud eum redemptio. **E**t ipse redi-  
met isrl'. ex omnibus iniquitatibus eius.

**D**omine non est exaltatum ps.

**D**omine non est exaltatum ps.  
tor meum. neq; elati sunt oculi  
mei. **N**eq; ambulauit in mag-  
nis. neq; in mirabilibus super me.

**S**i non humiliter sentiebam. sed ex-  
altaui animam meam. **S**icut ablac-  
tatum est sup mare sua. ita retri-  
butio in anima mea. **S**peret isrl' in

**M**omine ex hoc nō est usq; in scdm. ps  
memento dñe dauid. et omnis

mansuetudinis eius. **S**icut iuravit  
dño votum uouit deo iacob. **S**i intro  
iero intabernaculum domus mee.  
si ascendero in lectum strati mei. **S**i  
dederō somnū oculis meis. et palpe  
bris meis dormitacionē. **E**t requiē  
tymporibz meis donec inueniam locū  
dño. tabernaculum deo iacob. **E**cce  
audiuimus ea inestrata. inuenimus  
eam incampis silue. **I**ntroibimus  
intabernaculum eius. adorabimus  
in loco ubi steterunt pedes eius.  
**S**urge dñe inrequiem tuam. tu et  
archa sanctificationis tue. **S**acerdo  
tes tui inuolantur iusticiam. et  
sancti tui exultent. **P**ropter dauid  
seruum tuum. non auertas faci  
em xp̄i tui. **I**urauit dñs dauid  
uolenti tui et non frustrabitur eū  
de fructu uentris tui. ponam su  
per te. **S**i custodierint

filij tui testamentum meum. et testi-  
monia mea hec que docebo eos. Et fi-  
lij eorum usq[ue] in sc[ilicet]m. sedebunt sup[er]  
sedem tuam. **Q**m elegit d[omi]n[us] syon. ele-  
git eam in habitationem sibi. **H**ec reges  
mea in sc[ilicet]m s[an]c[t]i. hic habitabo qm elegi  
eam. **V**iduam eius benedicens bene-  
dicam. pauperes eius saturabo panib[us].  
**S**acerdotes eius viduam salutar[em]. et  
s[an]c[t]i eius exultatione exultabunt. **I**lluc  
producam cornu dauid. paravi lucer-  
nam xp[isto] meo. **I**nimicos eius induant  
confusione[m]. super ipsum aut[em] efflo-  
ret sanctificatio mea. *psalmus dauid.*

**S**icut unguentum in ca-  
pite. quod descendit in barbam bar-  
bam aaron. **Q**uod descendit in ma-  
nifestatione[m] eius. sicut ros hermon  
qui descendit in monte syon. **Q**m

412  
illic mandauit dñs benedictionem.  
et uitam usq; in seculum. *ps dauid.*

**E**cce nunc benedicite dño. om̄s  
serui dñi. **Q**ui statis in domo  
domini. in atrijs domus dei  
nostri. **I**n noctibus extollite manus  
uestras in sancta. et benedicite dño.

**B**enedicat tibi dominus ex syon.  
qui fecit celum et terram. *psalm.*

**B**audate nomen dñi. laudate ser  
ui dñi. **Q**ui statis in domo dñi.

in atrijs domus dei nr̄i. **L**audate  
dñm quia bonus dñs. psallite no  
mini eius qm̄ suauis est. **Q**m̄ iacob  
elegit sibi dñs. isrl̄ in possessionem  
sibi. **Q**uia ego cognoui quod mag  
nus est dñs. et deus nr̄ pre omni  
bus dijs. **O**mnia quecuq; uoluit do  
minus fecit in celo et in terra. in  
mari et in omnibus abyssis. **E**ducans  
nubes ab oriente. et uentus in

pluuiam fecit. **Q**ui producit uentos  
de thesauris suis. qui percussit primum  
genita egypti. ab homine usque ad petras.  
**M**isit signa et prodigia in medio tui  
egypti. in pharaonem et in omnes ser-  
uos eius. **Q**ui percussit gentes multas  
et occidit reges fortes. **S**edon regem a  
mooreorum. et og regem basan. et om-  
nia regna chanaan. **E**t dedit terram  
eorum hereditatem. hereditatem israel po-  
pulo suo. **D**onec nomen tuum in eternum.  
dne memoriale tuum in generatione  
et generatione. **Q**uia iudicabit dns  
populum suum. et inferius suis de-  
precabitur. **S**imulacra gentium arge-  
tum et aurum opera manuum ho-  
minum. **O**s habent et non loquentur.  
oculos habent et non uidebunt. **A**u-  
res habent et non audient. neque enim  
est spiritus in ore ipsorum. **S**imiles illis  
sunt qui faciunt ea. et omnes qui

confidunt in eis. **D**omus isrl' bene  
dicite dno. domus aaron benedicite  
dno. **D**omus leui benedicite dno. qui  
timetis dnm benedicite dno. **B**ene  
dictus dñs ex hyon. q̄ habitat in iherlm.

**C**onfitemini dno qm̄ **p**salmus.  
bonus. qm̄ in eternum miseri  
cordia eius. **C**onfitemini deo  
deorum. qm̄ in eternum misericordia eius.

**C**onfitemini dno dnoꝝ. qm̄. **Q**ui fa  
cit mirabilia magna solus. q̄. **Q**ui fe  
cit celos in intellectu. q̄. **Q**ui firma  
uit terram sup aquas. q̄. **Q**ui fecit

luminaria magna. q̄. **S**olem impo  
nitatem diei. **L**unam et stellas  
in potentem noctis. q̄. **Q**ui p̄ussit  
iherlm. qm̄ primogenitus eoz.

**Q**ui dicit deus in medio eoz. **I**n  
manu dicitur et brachia eius  
deus. **Q**ui dicitur mare rubrum. **I**n  
dumilioes. **E**

extulit pharaonem et uirtutem eius  
in mari rubro. q. Qui tradidit populum  
suum per desertum. q. Qui percussit re-  
ges magnos. q. Et occidit reges fortes q.  
Sedon regem amœreœu. q. Et occidit regem  
basan. qm̄ in eternū misericordia ei  
Et dedit terram eorū hereditatē. q. Her-  
editatē isrl seruo suo. q. Quia in humili-  
tate nr̄a memos fuit nr̄i. q. Et redemit  
nos ab inimicis nr̄is. q. Qui dat escam  
omni carni. q. Confitemini deo celis. q.  
Confitemini dño dn̄o qm̄ in eternū  
misericordia eius. psalm⁹ dauid.

**S**icut iniquitas patris iniquitas filii  
et iniquitas matris iniquitas fratris  
et iniquitas sororis iniquitas uicini  
et iniquitas proximi iniquitas inimici  
et iniquitas hostis iniquitas omnis  
iniquitas. **I**n sal. **Q**uia iniquitas  
patris iniquitas filii et iniquitas  
matris iniquitas fratris et iniquitas  
sororis iniquitas uicini et iniquitas  
proximi iniquitas inimici et iniquitas  
hostis iniquitas omnis iniquitas.

de canticis syon. **Q**uomodo cantabi-  
 mus canticum dñi in terra aliena.  
**S**i oblitus fuero tui iherlm: obliuio  
 ni deur dextera mea. **A**dhereat lin-  
 gua mea faucibus meis: si non memi-  
 nero tui. **S**i non proposuero iherlm:  
 in principio leticie mee. **O**emor esto  
 dñe filiorum edom: in die iherusalem.  
**Q**ui dicunt exinanite exinanite: usq  
 ad fundamentum inea. **F**ilia babilo-  
 nis misera: beatus qui retribuēt  
 tibi. **B**eatus qui tenebit: et al-  
 lidet paruulos suos ad petram. **ps.**

**C**onfitebor tibi dñe in toto corde  
 meo: qm̄ audisti uerba oris mei.  
**I**nter speciem angelorum psal-  
 mus. **S**icut dicitur in libro  
 ieremie: **S**icut dicitur in libro  
 ieremie: **S**icut dicitur in libro

omne nomen sanctum tuum. **I**n quacumque die inuocauero te exaudi me.  
multiplicabis in anima mea uirtutem.  
**C**onfiteantur tibi domine omnes reges terre.  
quia audierunt omnia uerba oris tui.  
**E**t cantent in uis domini. quoniam magna est gloria domini.  
**Q**uoniam excelsus dominus et humilia respicit.  
et alta a longe cognoscit.  
**S**i ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me.  
et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam.  
et saluum me fecit dextera tua.  
**D**ominus retribuet pro me domine misericordia tua in scilicet.  
et opera manuum tuarum ne desipere  
**D**es probasti me **psalmus**. **F**ias.  
et cognouisti me. tu cognouisti  
fessionem meam et resurrectionem  
meam. **I**ntelleuisti cogitationes meas  
de longe. somnium meum et fugatum  
litem meam inuestigasti. **E**t omnes  
uias <sup>in</sup>prehendisti. quia non est secretum

in lingua mea. **E**cce dñe tu cognouisti  
omnia nouissima et antiqua tu for  
masti me et posuisti super me manū  
tuam. **M**irabilis facta est scientia tua  
re me: confectata est et non potero ad  
eam. **Q**uo ibo a spiritu tuo et quo a fi  
